

partim quod non perinde quadret ad Theophrasti sententiam. Nam is fatetur uerum esse, plurimum habere momentum cœli conditionem, id quod etiam pro uerbio testatum sit, quo non sine causa tota prouentus ratio tribuitur aëri, tamen nominale etiam discriminis pro esse in ipso soli ingenio. Prouide legendum suspicor fit ou καλλώς, ουκ εδωλώς, id est, non temere. Quanquam equidem uideo et illud ou καλλώς, utcumque posse defendi. Nimirum ut Theophrastus improbet uulgare dictum, quod caelo momentum omne tribuit, cum et soli ratione magna pars pendat. Mihi tamen superior lectio magis aridet, atque huic meae sententiae, doctos calculum suum addituros existimo. Repetit idem adagiolum de causis plantarum tertio, rationem reddens, cur in frigidis partiter et calidis regionibus triticum proueniat, haud negans agri naturam omnibus conferre ad fertilitatem, sed multo maximum momentum habere aërem circumfusum, et cuiusmodi cœli uentorumque temperies contingat, tum ad quos status oppositus sit ager. Meminit et Plutarchus in Symposiacis, de eade septima, problemate secundo. Porro si libebit usum pro uerbij dilatare, non intempere iuuiter accommodabitur in hanc sententiam: si quis dicat ad uirtutem, educationis rationem longe plus adferre momenti, quam genus: ac plane perparua referre, quibus maioribus sis natus, sed multo maxime quibus rationibus educatus, quibusque moribus sis institutus. Nam cœlum uelut educat, quod progignit terra. Ad hoc adagij uidetur allusisse Euripides in Hecuba, quam ita loquentem facit:

Οὐκ ἐμ δ' ἐν ὀμίῃ γὰρ μὲν καὶ
 Τυχεῖσα καλῶς δεόθημι, εὖς ἄρχω φέρε.
 Χρησὴ δ' ἐμαρτῶσδ' ἔμυ χρεῶν αὐτῶν τυχεῖμι,
 Κακῶν δ' ἰδ' ὄσσι κατ' ὀριζαὶ θύοσσι δ' ἄει,
 Ο μὲν πονηρὸς, οὐ μὲν ἔλλω, πολλὸν κακῶς,
 Ο δ' ἐδωλὸς, ἐδωλὸς, οὐ δὲ συμφορᾶς ἕπ' ἔστι
 ἔμυσι μ' ἰδέσθαι, ἄλλα χρεῶς ἐσ' ἄει.
 Ἀγ' οὐ πεκόντες διαφεροσιν, ἢ ἧσθαι,
 Ἐχε γὰρ τι καὶ τὸ θεφεθῆναι καλλῶς
 Διδῶσιν ἐδωλῶ, id est,

Non nouum ergo, si mala
 Fauente caelo, terra, fert segetem bonam:
 Bona, destituta, quibus opus fuerat, malum
 Fructum edit. At mortuolum, quibus malus
 Nil possit aliud esse, quam semper malus,
 Frugis usque frugi. Sors nec ingenium uiri
 Aduersa uiciat, sed probus semper manet.
 Vitrum id parentum, an educationum magis?
 Recte educari, scilicet non nullam habet Doctrinā honesti.
 Videtur Hecuba pisciculum tribere genitrix quam institutioni, miraturque proinde non idem euenire in mortuolum moribus, quod in prouentu segetum accidit. Porro quantum plus ualeat institutio, quam genus, Lycourgus eleganter ostendit, prolatis apud multitudinem duobus canibus, quorum alter ingenerosa matre natus, propter institutionem grauius feram est infuscatus: alter generosis ortus parentibus, quo ad institutus non esset, turpiter relicta fera, ad odorem panis ac cibi resistit.

In uado.

XLV

Metaphora prouerbialis: In uado esse, pro eo quod est in tuto, citraque discrimen, impia a natantibus, aut nauigantibus. Terentius: Omnis res in uado est. Plautus in Aulularia: Hec prope modum iam esse in uado salutis res uidetur. V adū

autem est aque fundus, in quo quisquis constituerit, is iam effugit periculum inueniat.

In portu nauigare.

XLVI

Affinis est huic allegoria: ἐν λιμνῶνι πλεῖν, id est, In portu nauigare, qui significamus nos iam a periculo abesse esse. Propterea quod qui medijs aëre in fluctibus nauigat, bi uentorum et aëstus arbitrio nauigant. Contra qui iam intra portum sunt, nihil habent negocij cum uadis, ac uentis. Vnde uulgatissima Metaphora, hominem in casu praesidio conquiescimus, portum appellamus. Et qui sese ad tranquillam tutamque aliquam uitae rationem traducunt, in portum se recipere dicuntur. Terentius in Andria: Nunc huius periculo sit: Ego in portu nauigo. Maro paulo diuersus in Aeneidos libro septimo:

Nunc mihi parua quies, omnisque in limine portus.

Bos lassus fortius figit pedem.

XLVII

Diuis Hieronymus oppido quam elegans adagium usurpauit, ad beatum Aetium Augustinum scribens, eumque deterrere cupiens, ne iuuenis senem prouocet. Propterea quod tardius quidem ad pugnam excitantur hi, qui iam sunt etate quasi sepsi. Verum idem grauius seuiunt atque urgent, si quando senilis illa uirtus irritata recedat: Memento, inquit, Daretis et Entelli, et uulgari pro uerbij, quod bos lassus fortius figit pedem. A ueteri irritare more ductum apparet, cum circumactis a bubus super manipulos palustris, grana excutebantur: partim a rotis in hoc armatis, partim a tarorum unguis. Et lex illa Moisaica, quam citat apostolus Paulus ad Timotheum uocat, ne boui tritueranti eos obligetur. Itaque bos lassus, quoniam grauius figit pedem, magis est ad trituerant idoneus. Ad non item: equus ad cursum. Postea allusum uideri et ad hoc, quod iuuenes corporis agilitate prepollent: Senes in statoria pugna, ac uiribus superiores sunt, id quod et Vergilius in Daretis et Entelli congressu declarat. Nec admodum hinc aliud illud, quod in Graecorum collectione postui reperio: ἄξιμας ἔσθ' ἰδ' ἔστι, Lente bos, subaudiendum mouet pedem. Nam sensim quidem mouet, at grauius premit.

Tota erras uia.

XLVIII

Τῇ ἀσπίῃ ὁδὸς ἀραμαρτῶν ἐνδοῦ, id est, Tota aberrat uia. Prouerbum est in eos, qui uehementer aberrant. Terentius in Eunuchio: Tota erras uia. Translatum a uiatoribus, qui non nunquam ita solent aberrare a uia, ut non sine dispendio quidem, tamen quod tendebant, perueniant: nonnunquam sic aberrant, ut longe diuertant, et in diuersum tendant. Vnde et exorbitare dicuntur, qui a uero aberrant. Aristoteles in Ethicis: Haud tota aberrant uia. Idem naturalium libro. i. scribit praesicos illos philosophos naturalium causarum scrutatores, exorbitasse, ac uelut e uia depulso, profus aberrasse a uero. Sumptum est ex Aristophanis Pluto: ἢ τῆς ὁδῶς τὸ παραρῶμα ἡμαρτῶνα μὲν. id est, Vitae tota profus excuruimus!

Quinetiam hodie desistant eos in uia esse, qui recto consilio quippiam instituant: extra uiam, qui qua non oportet ratione, rem aggrediantur. Sunt ferme prouerbiales et ille metaphora, doctis uisitatissime: Depellere a uia, reducere in uiam, monstrare uiam, facere uiam, sternere uiam, aperire uiam, precludere uiam, itercludere uiam. Cicero in prima Philippica: Quod si putas, totam ignoras uiam gloriae. Celebre habetur et illud apophthegma: Bene currunt, sed extra uiam. καλῶς μὲν ἔρχοσιν ἄλλ' ἐκτος τῆς ὁδῶ.

Toto cœlo errare.

XLIX

Hinc confine est, quod usurpat Macrobius Satur. libro tertio: Nunquam ne, inquit, Prætextate tibi uenit in mentem: toto, ut aiunt, cœlo errasse V ergilium? Sumptum uidetur ex Aristophanis raris:

Εὐθύς γὰρ ἡμάρτανες οὐρανίου γ' ὄσσην.
Ab Euripide dicitur in Aeschylis, qui plurimum errasset in his que dixerat. Metaphora ducta, uel à Phæthontis, aut Cereris fabula: uel à nauigantibus, qui cœli fyderumq; obseruatione cursum moderantur: proinde naucleri, cum uehementer aberrant, in cœli parte longe diuersa, cynosuram imaginantur nonnunquã, totoq; aberrant cursu. Nisi malum cœlum pro regione accipere, uelut Horatius:

Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt.

Suo iumento sibi malum accersere. L

Qui ipse sibi malorum est autor, suo iumento sibi malum accersere dicitur, tāquam suo sumptu suiq; opera, quasi suo=pte plastro, malorū sarcinam adportet sibi. Plautus in Amphitryone: Ipse homo sibi à me malum rem accersit iumento suo. Sumpta metaphora à plastris onerarijs. Nam id quoq; significat iumentum, autore Gellio, aut certe à animalibus tergo uectantibus onera.

Suo sibi hunc iugulo gladio, suo telo. LI

Suo gladio, sive telo iugulari dicitur, qui suis ipsius delictis reuincitur, aut qui suo pte iumento, dolore capitur: deniq; in quem quocūq; modo, seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit: nec si qui exemplo Protogore antistropheon dilemma in eum, qui proposuerit, retorquetur: aut si quemadmodum Phalaris, Perillus, mali repletorem, suo iumento conficiat. Itaque in Adelpbis Terentij, Mitio senex fratris Demæ. Sæteian increpans, huiusmodi uitiorum sententia. Hoc unum adfert uitij senectæ, attentiores ad rem sanas, quàm oportet. Eandem Demæ paulo post in fratrem retorquens: Postremo, inquit, non meū uerbum facio, quod tu Mitio bene et sapienter dixi dudum. Vitium commuere omnium est, quod nimium ad rem in senectæ attendi sumus. Hanc maculam nos decet effugere. Hæc ratione cum Mitio constringeretur, adigereturq; , ut ægrum, quem rogabatur, daret, Tum Demæ: Suo, inquit, sibi hunc iugulo gladio. Translata metaphora ab his, qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. Plautus in Amphitryone: Atq; hunc telo suo sibi, malitia sua, à foribus pellere. Cicero pro Cecinna: Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur, necesse est. Hinc allusit Ouidius in epist. Heroidum:

Remigiumq; dedi, quo me fugitorum abires.

Hæc patior telis uulnera facta meis.

Eodem pertinent et illa Ciceronis: In tuam ipse mucronem incurras, necesse est. Rursus: Hic est defensionis tui mucronem, in cuius incurra at oratio tua, necesse est. Neq; uehementer hinc abluat Liliuanum illud: Sentiebat Hannibal suis se artibus peti. Lucianus in piscatoribus: ὡς παρ' ἡμῶν τὰ τοξεύματα, ὡς φῆς, λαβῶν καὶ ἡμῶν ἐτόξθη. id est, Quæ quidem tela à nobis, auti sateris, sumpta, aduersus nos iaciatas es. Tradit Plutarchus Brasidā ducenti educto è corpore telo, eodem confodisse eum qui miserat. Martius unus è trīginta tyrannis, à milite quodam interceptus narratur à Trebellio Pollione, qui adoriēs dixerit: Hic est gladius, quē ipse fecisti: nam Martius ante impertum faber ferrarius fuerat, et eius militis opera in fibrili officina usus. Hunc igitur uere suo gladio dixeris iugulatum.

Incidit in foueam, quam fecit. LII

Idē pollet illud, quod in Odis Dauidicis reperitur. Plal. 77. Δόκιμον ὄρυξεν κρηλ ἀνέσθια. Iam αὐτόν, Ὁ ἐμπιστότατος εἰς ἄβυσσον, ὅν εἰς γόσσον. id est, Lacum fidit et aperuit eū, et incidit in foueā quā fecit, Trāslatum uel ab his, quos effossis, aut reclus id genus decipulis, ipsidiator seruis: uel à bellis, quibus aliquoties suffossis cūculis hostis hostē captat, Suo ipsius laqueo captus est. LIII

Nec aliud sibi uult, quod apud eundē legitur psal. nono: Εἰμ παρὰ τὴν τῶν τῶν ἐρηλάτων, συνελκίον ὁ ποὺς αὐτῶν. id est, In ipso laqueo, quē absconderant, cōprehensus est pes eorū. Nota metaphora, nempe mutuo sumpta ab his, qui instructis pedicis, auibus, aut fr̄is infidias tendunt. Hanc technam in teipsum struxisti. LIIII

Eandem sententiã aliter expressit Lucianus: ὧς ἐσθίουμα κτλ̄ σαυτῶ σαυτῶδεκαας, id est, Itaq; cōmētum in tuū ipsius exiium perficis. De hæredipeta, qui ueneno quo se nem appetuerat, ipse forte fortuna captus interiit. Vtendum erit cum dolus in alterum excogitatus, in caput autoris recidit, ita ut non raro consequat accidere.

Turdus ipse sibi malum cacat. LV

His sententijs dicitur Turdus Græcorū adagium: κίχλα χεῖρ̄ αὐτῆ κακῆ. id est, Turdus ipse sibi malum cacat. In eos dicit solitum, qui sibi ipsi ministrarēt exitij causam. Siquidem uiscum, autore Plinio, nō prouenit, nisi maturatū in uentre, ac redditum per anum alio, maxime palumbū, ac tardorum. Cuius rei meminit et Seruius in sextū Æneidos. Aristoteles item lib. de natura animantium nono, tria turdorum genera facit, quorū primū ἱεσοῦροῦ uocatum ait: aut, ut Athenens, ἱεσοῦροῦ, nimirum unum quod uico uescatur. Quoniam autē uisco capiuntur aues, ipse sibi malum cacant, uidelicet, Plautus paulo diuersus exiit: Ipsa, inquit, sibi auis mortē creat. Quæquã equidem nō dubitem affirmare, à Plauto cacat, nō creat fuisse scriptum: deinde loci à quopiam semidocto, et Græcanici prouerbij ignoro deprauatū, supposita uoce adulterina creat. Sophocles in Antigone: Ὁ γέ δ' ἀνορέλκτα φρενὲ τέκνα: τί τὸν δ' ἀρ̄ ἐπιπέε ἄλλο, πλὴν αὐτῶ πόνος θνῶσα, πολὺν δὲ τοῖσιν χεῖροῖσιν γέλωμα id est, Inuites quocūq; liberos ferit. Quid aliud hunc, quàm sibi creare dixeris. Ipsi dolores, atq; risum maleuolis? In hos igitur quadrabit parocia, aut in eos, qui potētes sibi generos asciscunt, à quibus postea per unum opprimantur.

Ipse sibi mali fontem reperit. LVI

Exiit itē apud cosdē senarijs puerbio celebratus: Αὐτὸς γὰρ εἶρε τὸ κακὸν τῆρεκταν, id est, Ipsus mali sibi reperit coagulum. Aut αὐτὸς εἶρε τὸ κακὸν παγκύ. id est, Ipse reperit mali fontem. Sic Aeschylus in Persis: Νῦν κακῶν εἶρε τὸν πάσιμ εὐχῆδαι Ὀλίω. id est, Nunc mali fons est reperitus, ut uidetur omnibus. Versus est Trochæicus. Sunt enim et perniciosi fontes, quorum aqua gustata mortem, aut insaniam adferat, quos præstitera non reperisse:

Capra gladium. LVII

Eodem ferme perinet: αἰεὶ μοῦρασαρ, id est, Capra gladium, subadit reperit. In eos dicitur, qui ipsi reperunt, quo pereant. Oriū est autē adagiū ab huiusmodi quodam euentu. Olim cū Corinthij Iononi Acrææ, nam id illi cognomen, rent diuinam facere pararent: huius Iononis statuum aiant à Meadea positam fuisse: atq; quibus ad præbandam hostiam erant conducti

conducti, deffio sub terra cultro, oblitos se se astimularēt, ea pra pedibus excalpens cum eruit, prodidiq; itaq; mactata est. Quidam sic effertit parcomia: εἰς δ' ἄρα τὸ μάχραρον. id est, Capra cultrum praebens. Quidam hoc pacto: οἷο δὲ μάχραρον. id est, Ovis cultrum.

Cornix scorpion. LVIII

His cōsine est et illud: κορώνη τὸ σκορπίου. id est, Cornix scorpion, subaudi, yurpi. Quodrat in hos, qui parāt eos ledere, unde tantūndē mali sint uicissim accepturi. Quē admodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda, uulnūs accipit letale, perijitq;. Extat super hac re Graecum epigramma Archie, quod non grauior adscribere: Ἐμ ποτὲ παφραϊνοῦ μέλαντες ὁ ἀδέρην ναίωμ Σκορπίου ἐκ γαίης εἶδε θερόντα κορῆς. Ἡμ μάχρας ὄρωσε μὲν δ' ἐξείρατος ἐπ' οὐδ' αὖ οὐ θερᾶς, εὐκένεθρ' ἐξέαρ' ἐτιπὲ βέλαι, καὶ τοῖσι μὴ ἀμάρσειν. Ἰδ., ὅσοι, ἐτέλλεν Ἐπ' ἄλλω, Ἐκ κείνης τλήμων' αὐτὸς ἐδ' ἔλο μορομ. id est.

Scorpius in terra proreperat, idq; uidentē Coruus, qui caelo uisitant in liquido. Corripuit uisum, fugitiq; sed hic ut humum ales Contigerat, celo mox ferit, atq; necat. Eece tibi, quod in hunc aus inuisio sa parabat, inde sibi accidi ipsa necem misera. Atq; id in rebus humanis frequēter usu venire solet, ut qui cāpisse uideatur, ipse captus sit. Quē admodū et Horatius: Graecia capta ferum uictorem cepit.

Calidum prandium comedisti. LIX

Huc alludere uidetur et Plautini illud: Calidum hodie prandū prandīdīstī, id est. Fecisti quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumptum, qui se noxijs, ac letifera inurgit tant cibis, postea uentris tormēta sensuri.

Iritare crabrones. LX

τὸ εὐσηκίως ἐρεθίζω. id est, Iritare crabrones. Ad hanc sententiā referēdā est et illud, quod est apud Plautum in Amphitruone: Iritabis crabrones. Id dicitū est in pœta in mulleriū ingeniū, quibus iratis si repugnes, magis pro nocēs, neque sine tuo malo discedas. Est autem crabro insecti genus affine uespijs pertinacissimum, aculeoq; pestilēssimo. Siquidem refert Plinius, naturalis histo, lib. undecimo, cap. uig. simoprino, crabronum ictus haud temere sine febris esse. Additq; traditum à quibusdam, ter نوموس huius animantis punctis, interfici hominem. Aristoteles lib. de partibus animalium nono, praeter alia quae de crabronibus cōmemorat, illud quoq; tradit, cui in apum genere quaedā aculeis careant, ut fuci, et reges, uespe quoq; nōnulle, sine aculeis inueniantur, nulli crabrones reperiuntur non armati aculeo. Quamquam de duce, nunc aculeatus sit, nonnihil addubitat. Vtut hoc adagio diuus Hieronymus in quadā epist. E. a. ndem sententiā sic idem exiuit Plautus, mutata allegoria: Bacche bacchanti si uclis aduersari, Ex insana insaniorem facies, feriet sepius. Sin obsequaris una te solus plaga.

Non amos erat, uti Bacchandalia celebrantes obuios thyrsis ferirent. Aristophanes in Lysistrata, nam hoc titulo inscriptam competi: Ἡμ' μὴ ἴσθ, ἵσθαι τὸ εὐσηκίως βελίτην με εἰ ἐρεθίζῃ. id est. Nisi si quis uclit crabronū midū extimulet me, prouocetiq;. Allusit huc opinor, qui scripsit epitaphium Archilochi pœta male dicit: Ἡρέμα δὲ τῶν μείζωνου δειπώσας, μάποτε τ' εἶτε

κινῶν τὴ μύθ' οὐκ ἔφερον μύθους. id est. Ne fors crabrones qui huic infedere sepulchro Irites, tacitum carpe uator iter. Xenophon lib. quarto indicat unde natū sit: nimirum ab his, qui sūdēt exinere uestras ab antris suis. ἐξῶ δ' ἐγώ γ' ἔφα, ἢ ὁπῶσοι σαίνως δ' ἔωρε μ' ἰερόντες, ἐὰμ ᾗ ἐνδύοντες τοῦε σφίνως τρέσσοντες ἕως μ' ἔνθε πάλωμ τυτήσασιν. id est, Et ego inquit, uideo etiam eos quicunq; crabrones excipere uolunt, siquidem euolantes concentur ueniat, à multis feriri crabronibus.

Leonem stimulas. LXI

Consimilē uim habet, quod à Diogenese relictus: τὸ μ λόντα νήπας. id est, Leonem pungis, seu uellicas. De his, qui potētē ac ferocē in suū ipsius exitium pronocant atque extimulant. Notior est metaphorā, quam ut sit explicada.

Malum bene conditum ne moueris. LXII

Idem pollet et illud: Μὴ κινῶμι κακοῦ εὐ κεί μνονομ. id est, Ne moueris malum bene conditum, siue quiesces. In eos qui sua stulticia sibi turbas excitant: aut qui mala iam tem pore sepulchra resuscitant, renouaīq;. Prouerbium retulisse uideatur Theognis hoc uersu: Πεδάξαι γὰρ τὸ κακοῦ κατακακί μλλον ἔσθωμ ἄμενονομ. id est. Nam per sepe malū presfat domi habere repositum.

Huc similitudinē est illud: Sopitos suscitatis ignes.

Octipodem excitas. LXIII

Cratinus in Trattis apud Suidā: οκτώποδον ἀνερέϊζει. id est, Octipodem excitas, nimirum Scorpionem, cui pedes sunt octo, ac plerunq; sub saxis abditus cubat, quē non nisi tuo periculo suscites propter uenenum, quod in cauda gestat.

Mouere Camarinam. LXIII

κινῶμι τὸν καμαρίνωμ. id est, Mouere Camarinam, est sibi ipsi malum accersere. Lucianus de apophrade: ἐρεθίζω θεο ἀμείνωμ ἦρ σοι ἐκίνωτομ τὸν καμαρίνωμ ἐπ' αὐ. id est, Vi des quanto satius tibi fuerit, Camarinā imnotā sinere. Vnde nam sit adagio, Terminus grammaticus explicat, Vergiliu num illum locum enarrans in tercio Aeneidos: Et fati nunquam concessi moueri Apparet Camarina prociū.

Camarina, inquit, palus est iuxta oppidū eiusdem nominis, quae cū olim siccata, pestilentiam erasset, consulerunt oraculum, an penitus eam desiccare praestaret. Vt uic deus Camarinam moueri. At illi exicauerunt, nō obtemperantes oraculo, et cessauit quidem pestilentia, sed per eam ingressis hostibus pœnas dederunt neglecti oraculi. Eadē fermē cōmemorat et Suidas, illud in super addens, quibusdam Camarinam esse fructicē, cuius ramos si quis cōmoueat, quatiāq; tetrum quēdā odorē e dere. Verū mihi superior sententia magis uidetur ad ueri similitudinem accedere. Mentūnt huius adagij Stephanus quoq; uersu hercico, effertiq; ad hunc modum: Μὴ κινῶμι καμαρίνωμ, ἐκίνωτομ ᾧ ἀμείνωμ. id est. Ne moueas Camarinam, etenim non tangere praestat. At autem Camarinam oppidum, et eiusdem nominis paludem esse in Sicilia.

Anagyrim commoues. LXV

Superiori neuitquam disimile uidetur illud apud Graecos celebratum: ἀνερεύωμι κινῶμι. id est, Anagyrum cōmoues. In eos, qui sibi ipsi malorū autores essent: quiq; in suā ipsorum perniciem quempiam iritariēt. Vnde dicta sit parocmia, uarie narratur ab autoribus. Alij ad fruticos naturam referunt: cuius meminit in tercio libro Dioscorides, quem quidā

magyarum, quidem anagyrum appellunt: nonnulli acopon, medicamentis quidem effiacem, uerū odore maiorem in modum graui, maxime si manu teratur: cuius fructus gustatus, uehementem uomitū prouocat. Vnde uel ab odoris molestia, quæ carpentem consequitur, adagium ductum uideri potest, quandoquidem ex acopi uocabulū in idem apparere reperit: uel à concinendi uomitū efficacia. Meminit huius & Plinius libro uicesimo septimo, cap. iiii. Sunt qui dicant Anagyrum locū esse in Attica, quæ ad tribū pertinet Erectheidæ, auctore Stephano, ubi frutex quidā grauissimi odoris plurimus diueniat, ut anagyri pro fructu, nō fecus accipiamus, quā Anticyram pro elleboro. Rarissimū alij Anagyri genū quendam existimant, qui propter uiolatum sacellum suum, uicinos omnes funditus euerterit. Atq; huius adagij mentionem fieri apud Aristophanem in Lysistrata. Est sanè apud Aristophanem locus sic habet: Πόδες εἰσιμὲν ἀναγυροῦντο δὲ μὴ τῶν θείων ὁ γὰρ ἀναγυρὸς μοι κενυμένοντα δοκεῖ. id est, Vnde aduenit? Ab Anagyro, ergo per Iouem Anagyrum esse motus apparet mihi. Suidas huiusmodi fermè commemorat, Anagyri asion quendam genium fuisse, sic à loco, quod diximus, cognominatum, quæ senem uicinum, quod à lucum suū incidisset, hunc ad modum ultus sit. Senis concubine, insanum quendam amorem inmisit in illius filium. Quæ cum adolescētis animum pellicre non posset, eum ultro apud patrem detulit, pater sese de stupro non deuenit interpellare. Pater persuasus à muliere, filium è tecto præcipitem dedit, ac interemit. Deinde facti poenitentis, semetipsum laqueo præfecerunt. Postremo mulier esse in puteū abiecit. Atq; huius fabulæ citat auctorem Hieronymum, haud scio quem, in opere de tragicæ diuina scriptoribus.

Capra contra sese cornua. LXVI

Ἡ ἀῖξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα. id est, Capra cōtra semetipsum cornua. Ad superiorū classem pertinet, ab apologo natum. Capra quæpiam cum esse laculo uulnerata, circūspectans uidentem id mali fibi aduenisset, arcum contemplans, caprinis cornibus compactum, dixit ad hunc modum: κατὰ τὴν ἑμαυτὴν κέρατα τὰ κέρατα. id est, In meam ipsius perniciē produxi cornua.

Atlas cœclum. LXVII

Ἄτλας τὸν οὐρανόν. id est, Atlas cœclum, subaudiendū, ἔπειθε ἔπειτο, id est, suscipit. Dicit solium de his, qui sese magis & molestis inuolunt negotijs, ipsiq; sibi malum accersunt. Nam hic cœclum hospitio excepit. Deprehensus autem quod illi struxisset insidias, præceptus datus est in mare Atlanticū. Porro notior est, quā ut hoc loco sit referenda de Atlante fabula, cœclum humeris & uertice sustinente.

Deus ex improbitate apparens. LXVIII

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς. id est, Deus ex improbitate apparens. In eos dicitur, quibus in rebus perplexis præter spem exoritur aliquis, qui salutē adserat, negocijsq; difficultati expediat. Sumptū est à consuetudine tragicæ diuina, in quarū plerisq; machinis quibusdā deus aliquis ostendebatur: idq; nō in scena ipsa, sed è sublimi, qui repente commutat in rebus fabulæ suæ imponeret. Id quod testatur & M. Tullius libro de natura decorum primo, ut cū sic ait: Quod quia quemadmodū natura efficere sine aliqua mente posuit, nō uidebitur. ut Tragicæ poëtæ, cū explicare argumenti exitum non poterint, cōsurgit ad deū: cuius operam profectō nō desideraretis, si immensam & interminatā in omnem partes magnitudinem regionū uideretis. Id dem subobscure, sed sanè quā eleganter indicat Aristoteles, libro πῶν μετὰ τὰ φυσικὰ

primo: Ἀναδεικνύσας τε γὰρ inquietis, μηχανῆς ἕκαστα ἑστῶσιν πρὸς τὴν κοσμοποιίαν, ἣτ' ἐμ γὰρ ἀρετὴν διαλύειν αἰτίαν ἔχει ἀνάγκη, ὅστις τότε ἔλκει αὐτὸν, ὃ δὲ ποιεῖ ἄλλοις πάντα μετὰ τὸν αἰτίαν τὰ ἴδη γινωσκόντων ἢ νόω. Quæ quidē uerba sic licet uertere: Nam Anaxagoras mente perinde, quasi deo quopiam tragico, qui repente foret ostendi, utitur ad condendum mundum. Etenim cum hæret in explicanda causa, quare necessario sit, tum illam adducit. Porro reliquis in rebus, quiduis potius causam facit eorum quæ fiunt, quā mentem. Vnde in Grecorū tragicorū illud penè solēne est: Πολλὰ μορφῶν ἔδωκον ἰού. id est: Multæ forme decorum. &c. Cum inducto numine fabulā explicat, ueluti in Oreste Euripidis, Apollo in medijs tumultibus apparens res turbatissimas subito componit. Huiusq; rei exemplū uidetur ab Homero ductū, qui, quemadmodū Iliados primo, Palladem inducit, ut ferocientē Achille compesceret, ita cōpluribus alijs locis mentem aliquod allegat. Quod quē Horatius in arte poëtica uelat in comedijs fieri, nisi rerū difficultas maior sit, quā ut possit humana ope explicari:

Nec deus interfit nisi dignus uindice nodus Inciderit. Quæ ratione Plautus in Amphitruone Iouem induxit, eorū tragico comædian uocat. Lucianus in Philopseude: καὶ τὸ τῶν λόγων, ἑσὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπισημαίνοντα, καὶ τῶν τῶν ἴσχυος ἀπὸ ἐπὶ τύχης. id est, Ab iuxta prouerbiū, arbitri ab hunc mihi perinde quasi deum quæpiam repente apparentem, à fortuna fuisse adductum. Allusit eodem in libro de mercede seruientibus: Οἰκείον γὰρ ἐστὶ τοιαύτης τρέφωσιν οὗτοι γὰρ ἢ ἄλλοι ἐκ μηχανῆς θεοῦ ἐπὶ τῶν κεραιῶν καὶ ἐξ ἑμαυτοῦ. id est, Nā hi peculiariter ad huiusmodi tragicæ diuina pertinent. Aut aliū deū quempiam de repente exortum, atq; in antennis confidentem. Huc referunt Euripides in Iphigenia Aulidensi θεὸς ἐγὼ πέφικα σοὶ μέγας θ. id est, E quidem deus tibi maximus apparuit. Lucianus in scelis: Ἐπιπέσει, τὸ ἔργον ἑσὸν τὸτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς. id est, Assistens iuxta tragicorū prouerbiū: Deus ex improbitate ostensus. Apud Athenæum lib. sexto Iuconē quēdā querētē facit poëta, nescio quis, quid piscium uenditores uix ostendit pisces statim subducerent: καὶ ἔσπερον ἀπέπεμψον τοῖς ἀνθρώποις, ἀπὸ μηχανῆς τοῦ ἀλλήνους, ὡς ἂν οἱ θεοί. id est, Et uenditores mox exiunt spediū.

Venduntq; tanquam è machinariū deum. Proinde quoties salus ex insperato ostenditur, id deo solet ascribi. In Plinius libro uicesimo quattuor: Quippe etiam in reperitis dias inuenit casus, alias ut uere dixerim, deus. Id dem libro uicesimo septimo: Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima inuenit in uita deus.

Homo homini deus. LXIX

Non admodum hinc abluat & illud: ἀνθρώπος ἀνθρώπου ὁμομόνον. id est, Homo homini deus, quod dici solet de eo, qui sibi aliq; insperatū attulit salutē, aut qui magno quopā beneficio iuuat. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse deū, quā pro deesse moralibus. Vnde frugū, uini, leuēgū auctores, ex quicūq; ad uite comoditatē aliqd attulissent, eos pro dijs habebat antiquitas: adeo, ut ex beluas quosdā p numinibus coluerit: uelut apud Aegyptios cicōnā, qd serpēs, q cetero ani tpe ex Arabijs paludibus subuolat, obuā pfe cta, ab acre, conficereq; credatur. Apud Romanos anserē, qd capitolinā arcē expge factus clāgore custodibus, ab irruptione Gallorū seruauit. Quod indicat M. Tullius, cū lib. de natura decorū primo scribit: Concludā beluas à Barbaris ppter beneficium

beneficium consecratas. Quin et autore Prodic Cio, corpora quaedam inanimata pro dijs habentur, ueluti sol, luna, aqua, terra, quod ad uitam conducere uideretur, quodq; horum cōmoditate mortales maiorem in modum delectarentur. Scythiae, quemadmodum in Toxaride testatur Lucianus, per uentum et gladium, tanquam per deos iurant, propterea quod ille spirandi sit autor, hic moris. Sed quoniam, ut inquit Cicero, plurima homini ab homine, uel cōmoda, uel incōmoda solent oriri: et dei proprium est uel seruire, uel benefacere: ideo eo quā in graui periculo succurrit, quū in genti quopiam afficit beneficium: quoniam dei, quasi uicē fungitur, ei cui prodest, deus dicitur extitisse. Hinc adspulator illa solennis apud Homerum atq; Hesiodum clausula:

Θεοὶ δ' ὠρῆτες ἔσωον. id est,

Dij bonorum largitores.

Et quod ait Strabo libro decimo: Recte dictum est, mortales tunc maxime deos imitari, cum benefici sint. I dem libro decimo septimo tradit Aegyptios quosdā duplicem facere deum: immortalem, qui rerum omnium sit autor: et mortale ignoti nominis: tum a quibus beneficium sint affecti, eos firmē pro dijs colunt. Praeterea, uulgo quoq; quā in rebus perplexis, ac desperatis, aut accipiti periculo seruantur, a deo quopiam autem se seruatos. Horatius: Sic me seruauit Apollo. Rursum in Odis, in bello ab icū arboris, se Mercurij beneficio seruatum scribit. Eodem allusit Iuuenalis, cum ait:

Quadragesima tibi, si quis deus, aut similis dijs
Et melior sitis donaret homuncio.

Item Vergilius in Tityro:

O Meliboe, deus nobis haec oecia fecit.

Namq; erui ille mihi semper deus: illius aran

Saepe tener nostris ab oculibus imbuet agnus.

Deinde reddit causam, quare sit Caesarum loco numinis habiturus, beneficium subtexens:

Ille meas errare boues, ut cernis, et ipsum

Ludere que uellem calamo permisit agresti.

Plinius Secundus, libro naturalis historiae secundo, manifestius Graecam ἡγομαιαν indicant, sed tam impie sentiens de dijs, quam paulo post de animarū immortalitate, deq; corporum resurrectione desipieret. Nam cū et multitudinem deorū irrisisset, et uni illi summo, quem aut mundum hunc, aut naturam nescio quam esse putat, prorsus ademisset curam mortalium: Deus est, inquit, mortali uiuare mortalem. Et haec ad aeternā gloriam uia. Hac proceres iere Romani: haec nūc coelesti passus, cum liberis suis uadit maximus omnis aui rector Vespasianus Augustus, fessis rebus subueniens. Hic est uetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscribat. Quippe et omnium aliorum nomina decurū, et quae supra siderum retuli, ex hominibus nata sunt meritis. Haec tenus Plinius. Plutarchus in cōmentario, quem inscripsit aduersus principem indoctum, negat deos hoc nomine felices esse, quod quadiuissime uiuant, sed quod uirtutes sint principes et autores. Porro Paulus uirtutum summam ad charitatem refert: charitatem autem in eo sitam, ut de quamplurimis, quam optime mereatur. Quoniam autem apud Christianos dei appellatio, nō est illi mortalium, uel per iocō communicanda, neque omnino tam insignis, tamq; foeda aduulatio est in mores nostros recipienda: tamen fieri potest, ut huius adagij sit usus, neque improbus, neq; inconueniens, si quis hoc modo dicat: Cum tantis malis premerer, ut nemo mortalium, aut uellet, aut posset optulari, tu unus mihi praeter spem extitisti, tu oq; beneficium me non seruasti modo perituri

alioqui, uerumetiam ornatiorem aliquanto fecisti quam antea fuerim. Ut aut omnino nusquā, aut in nobis certe duobus, locum habeat uetus illud Graecorum adagium: ἀνθρώπος ἀνθρώπου δαυμόνιον. Aut hoc modo: Literis debeo oīa, etiam uitam: sed ipsas tibi debeo literas, qui mihi tua liberalitate suppeditas, alisq; ocium meam. Quid autem est quod Graeci dicunt ἀνθρώπος ἀνθρώπου δαυμόνιον, si hoc non est: Aut hoc pacto. Qui mediocri beneficio iuuat, si se nō amicus: uerum qui arte sua, singulariq; cura, atque industria uitam iam iam fugientē retinet, ac reseruit: id quod utiq; facit medicus, quid aliud est, quam quod Graeci dicunt: ἀνθρώπος ἀνθρώπου δαυμόνιον. Aut sic: Eum in locum res erat deducta, ut ne ipsa quidē salus posset auxiliari. Ibi tu mihi ueluti praesens quoddam nomen extitisti, et mirā celeritate depulsi incōmodis, in pristinum locū restituiti, nec sperantem, nec expectantē, ut intelligerem illud nō temere dictū a Graecis: ἀνθρώπος ἀνθρώπου δαυμόνιον. Aut sic: In reliquis quidē rebus mihi semper amicissimus fuisisti: in hac uero causa nō amicissimus modo, uerumetiam penē dixerim, quod Graeci dicunt: ἀνθρώπος ἀνθρώπου δαυμόνιον.

Homo homini lupus.

LXX

Ἀνθρώπος ἀνθρώπου λύκος. id est, Homo homini lupus. Hūc quasi diuersum est, ac uelut hinc effectum uidetur Plautinū illud ex Afsinaria: Homo homini lupus. Quo moneatur, ne quid fidarius homini ignoto, sed perinde atq; à lupo caueamus. Lupus est, inquit, homo homini, non homo, qui qualis sit, non nouit.

Coturnix Herculem.

LXXI

Ὄστρε ἐξώσατο Ἡρακλῆα τὸν κορνεῖον. id est, Seruauit Herculem coturnix strenuum.

Senarius est Graecis, prouerbij uicē celebratus: quem tamen Zenodotus negat apud illum ueterum scriptorum inueniri. Ceterum dici solium de his, qui in periculo seruati essent ab his, à quibus minime sperant. Adagionis originem ad huiusmodi fabulam referunt, Coturnicem quandam Herculi in delitijs fuisse, cuius nidore cum uia incenderetur, ille mortuus, sit in uitam restitutus. Meminit huius fabulae Aeschyri quoque libro nono, scribens: Herculem Iouis et Athene filium, in Libyam proficiscentem à Typhone fuisse interemptum: reuocatum autem in uitam odore coturnicis, illi ab Iolo adnotae, et ob eam causam Phoenices Herculi coturnice sacrificare.

Genius malus.

LXXII

Ei quod modo retulimus: Homo homini deus, contrarium uidetur genius malus, quem Graeci dicunt ἐλάσορα: quo nomine uocamus eos, quibus incommodorum nostrorum maximam partem acceptam ferimus, itaq; etiam bodie iudagato sermone. Sicut enim omnino quidam his, aut illis ita inauspicati, ut tanquam fatum quoddam malum, atq; in perniciem illorum nati, uere uideri possint. Porro prouerbum apparet ē priscorum opinione profectum, quā singulis huiusmodi genios attribunt, quos demones uocant: neque hominibus modo, uerumetiam locis atq; aedibus, quorum alter perniciem nobis molitur, alter uiuare fludeat, cuius sententiae fuit Empedocles, citante Plutarcho in libello de animi tranquillitate. Quo pertinet illud Brui, in dies in eius uita memorat idem Plutarchus. Nam Bruto cum dies ille fatalis immineret, et in Afsia nocte firmē intencpta ex more iugilaret in tabernaculo, lucerna tam emoriente, uidere uisus est personam quandam tragicam, et humana specie maiorem. Atq; ille protinus, ut erat animo territo, percussus est, quis

nam esset, aut hominum, aut deorū. Cui illa cum murmore: Tuus sum Brute genius malus, Philippis me uidebis. Eadem itaq; imago rursus apparuit conspicienti Philippis, que quidem illi pugna postrema fuit. Huic consimile quandā fabulā idem refert de M. Antonio, atq; Augusto: uidelicet hos, reliquos quidem in rebus amaret, summasq; inter se concordia agissent: ceterū in ludis, quos ad emulationē quandam edebant, Otauium semper superiorē esse solitū. Eam rem Antonium nō mediocriter discruciasse. Fuisse autē in Antoniano comitatu magis quēpiam Aegyptium. Is seu quod uere nosset eius fatū, seu quod ad gratiā Cleopatrarū fingeret, eum admodum ut ad Casarem se quantū posset, seingeret: quod ipsius genius, alacer aliqui, genium illius reformidaret: quoq; propius accessisset, hoc humilior, deiectionisq; uideretur. Testatur et Plato, Socrati peculiarē quandam fuisse genium, de quo scripsit Apuleius et Plutarchus. De genio sensisse uidentur Terentius, cū ait in Phormione: Mihi usum uenit hoc ficio. Memini relinquē me, deo irato meo. Quin et nostrates theo logi, ueteres illos, opinor, sequenti, duos uniuersūque genios, quos angelos uocant, ab ipso protinus exordio uite adseribunt: amicū, qui cōmoda nostra prociaret: malum, qui modis omnibus in exitiū nostrū immincat. Bonum genium explicat Natus in Stalagmonis apud Donatum. A deo meo propicio meus homo est. Item Persius: Dijs iratis genioq; sinistro. Po stre mo prouerbū respiciunt in genere omnia illa: Iratis dijs, propicijs dijs. Terentius: Nescio, nisi deos iratos fuisse mihi fati ficio, quū auscultauerim ei. Horatius in sermionibus:

Immeritusq; laborat
Iratis natus paries dijs, atq; poētis. Idem rursus sum:
Vertumnis quotquot sunt, natus iniquis. Idem in Odis:

Diuis orbe bonis optime Romule
Custos gentis abes. Homerus Iliados 5.
Θεός ἰσθός ἐστὶ νόστιμος. id est,
Deus qui spem iratus est. Et Vergilius,

Dijs equidem auspicijs reor, et lumine secunda.
Eodem pertinent et hæc: Solus a dijs diligere Antipho. Et dijs nos respiciunt. Et, modo Iuppiter adsit: Et, si quem numēna Lena sumunt. Et dexter adsit Apollo, atque id genus sexcēta passim apud poetas obuia. Erit autem uicinusq; si ad speciem descēderis, ut hic scribit carmina musis, quotquot sunt, iratis. Canit irato Apolline. Eam causam egit ineptissime, planctū irata Sualda. Marte sinistro pugnauius. Ne optimo propicio nauigauimus. Mercurio, opinor, irato, cum hoc ueteratore sum pactus. Irata Venere dat operam liberis, de eo qui deformes filios progeneret. Inuita Minerva, qui parum feliciter artem exerceat.

Dextro Hercule, aut Amico Hercule.

Eiusdem est generis, sed obscurius, quod apud Horatium legitur:

Dives amico Hercule. Et item apud Persium:
Osi sub rastro crepet argenti mihi serua dextro Hercule.
Quod quidē in eos cōpetit, qui in accumuladis opibus sunt bene fortunati. Idq; inde natum existimant, quod Hercules mortuarius dixerit, eos opulentos futuros, qui sibi decimā bonorum suorum partem consecrassent. Proinde locupletes ple rosque ita facere solitos. Tamen si Plutarchus in problematis huius consuetudinē aliam adserit causam, puta quod ipse quondam Hercules, bouem, quos Geryoni abstrulerat, in Palatino decimam partem immolarit: uel quod Romanos ab Hertrufis decimari solitos liberarit.

Dijs, hominibusque plaudentibus. LXXIII

Proverbialis est et illa hyperbole: Dijs, hominibusque plaudētib; pro eo, quod est feliciter atq; auspiciato. Cicero ad Quirinum: Vainimus, a quo palam oppugnabatur, ubi tratu nostro cōcidimus, dijs, hominibusq; plaudentibus. Idē lib. epist. familiarium primo: Neque solum dixi, sed etiam sic facio, dijs, hominibusq; approbantibus. Rursus ad Quirinum lib. tertio in diuersam sententiam ueritū prouerbiū: Nisi non ster, inquit Pompeius, dijs, hominibusq; inuitis negotiū inuenerit. Quancum hoc ipsum per se deos, hominesq; prouerbialē nimirum est ob figuram, atque apud poetas penē solenne: Deum atque hominum fidem: dijs, atque hominibus inuisus. Neq; deos, neq; homines metuit. Homerus: Αὐθαγατοὶ τὲ θεοὶ, θυμητοὶ τὲ ἀνθρώποι. id est, Numina nescia mortis, mortalesq; homines. Rursus: Περὶ τῆς ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν τε. id est: Patēs hominūq; deūmq;.

Bonis ausibus, Malis ausibus. LXXV
Ad hoc genus pertinet et illa: Bonis, aut malis ausibus: cum rem feliciter, aut secus credere significamus. Ab augurum obseruatione iumptum. Horatius in Odis:

Mala soluta nauis est alite,
Ferens olentem Meuium. Etrusum.
Mala ducis aut domum,
Quam multo repetet Græcia milite. Atq; iterum alibi:
Scriberis Vario fortis, et hostium
Victor Mezonij carminis alite. Homerus Iliados 6.
Μὴ δ' ἔ μοι κῆρτα
Οργῆς ἐπι μέγιστα κερὰς πᾶσθαι. id est,
Neue aus hic infausa mihi perrexisse esse.

Verba sunt Priami ad uxorem deborantem, ne solus in castra Achilles proficisceretur, Hectoris cadauer auro redēpturus, ac multa trisitia, ut assolent mulieres, omninā. Ad hanc formā referēda sunt et illa: fausto omine, bene ominata, bonis auspicijs, inauspicato, felicibus augurijs, atq; id genus alia, que ab augurū arte sumpta, in cōmuni sermone abierūt.

Noctua uolat. LXXVI

Ex eadem superstitione manauit et illud Græcicum: γλαυὴ ἰνῆρατος, id est, Noctua uolat, siue uolauit. Nam præcis Atheniensibus noctua uolatus, uictoriae symbolum existimabatur: propterea, quod aus hæc Minervæ sacra crederetur, que quidem diuisa est etiam male consuleta Atheniensium bene fortunare. Qua de re copiosius aliquanto dicemus in prouerbio, Athenensium in consuleta temeritas. Inde, rebus felicibus, atque ex animi sententia succedentibus, dici consuevit: Noctua uolat. Auctores Zenodotus et Suidas. Plutarchus in uita Periclis tradit illi et superiore nauis tabulato concionati, noctuam ad dextram aduolasse ac malo infidisse: quod omen effectū, ut omnes irent in illius sententiam.

Quarta luna nati. LXXVII

Ἐν τῆς τετάρτης γερωνὸς ἡμέρας, id est, Quarta luna nati, dicuntur qui parum feliciter nati sunt, ut auctor est Eustathius in librū Iliados secundū, propterea, quod Hercules hæc luna natus feratur, cuius omnis uita uoluptatum omnium exarsit, ac laborum plena fuit. Dicit potest et in eos, qui laboribus sibi neutiquam frugiferis fatigantur, Hercules uidelicet exemplo, qui inuandis alijs sudauit, sibi inuitis.

Alba gallinæ filius. LXXVIII

Contra, feliciter natum, albæ gallinæ filium dicimus. Iuuenalis: Quia tu gallinæ filius albe. Vel quod Læta, atq; auspiciata Latini albā uocāt: uel quod prouerbiū alludat ad faciem illam gallinam, de qua meminit Suetonius

suetonius Tranquillus in Galba, his quidem verbis: Livia olim statim post Augusti nuptias Veientanum suum reuidentem, praetervolans aquila, gallinam albam, ramulum lauro nostro tenentem densi in grynum. Comisq; nutribi ditem, ac pangi ramulum placuisset, tanta pulorum soboles pronouit, ut hodie quoque ea uilla ad gallinas uocetur. Tale uero laurum, ut triumphatori Caesaris unde laeetas decerpent. Fuitq; mos triumphantibus, alias consilium eodem loco pangere. Et obseruatum est, sub cuiusque obitum, arborem ab ipso institutam clanguisse. Ergo nouissimo Neronis anno, ex silua omnis exaruit radicibus, & quicquid ibi gallinarum erat, interijt. Conuenient igitur adagium in eos, qui raris & fatali quadam felicitate, successusq; rerum utuntur: Huic dixerunt esse illud, apud eundem Iuuenalem: Nati infelicibus ouis. Non abhorret huic quod scribit M. Tullius libro epistol. familiarium septimo ad Ciceronem: Quum enim salutationi nos dedimus amorum, quae sit ex hoc etiam frequentius quam solebat, quod quasi auem albam uidentur bene sententem eum uidere, abdo me in bibliothecam.

Laureum baculum gesto. LXXIX

Δαφνίην φορέσθαι βέλτερον, id est, Laureum porto baculum. Suidas tradit, ita solere loqui eos, qui essent ab aliisque in inuidijs appetiti, feliciterq; periculum egressissent. Propterea, quod Laurus credita est aduersus uenena remedium habere. Plinius libro decimoquinto demonstrat Laureum lustrationibus adhiberi solitum. Videtur et aduersus fulmen huius uis tueri, quandoquid arborum una non icitur fulmine. Id adeo uerum credidit Caesar Tiberius, ut nuquam non gestauit capite coronata Lauream, ut in ipsius uita prodidit Suetonius.

Grauiora Sambico patitur. LXXX

Διότροχα σαρβίβη πικρότερη. id est, Atrociora Sambico patitur. In eos, qui cruciatibus exquisitis torquentur, aut quibus insignia mala accidunt. Procerbius Plutarchus refert in problematis Graecanicis, atque huiusmodi quaedam adfert causas. Sambicus quispia Eleus, una cum socijs aliquot, non paucas apud Olympia aereas statuas cōscidiit, uēdiditq;. Deinde maiora etiā ausus Diane praesidijs templum diripuit. Est enim illius in Elide templū, quod Aristarchus nominat. At ille mox comprehensus, dum socios prodere recusat, annum perpetuum exquisitis cruciatibus dilaceratus est, inter quos etiam animam efflauit. Atque hinc uulgo nata paroximia.

Fœnum habet in cornu. LXXXI

In homines maledicos ac feroces dicitur: Fœnū habet in cornu. Horatius in sermionib. Fœnū habet i cornu, sōge sige. Inde translātū, ut Acroni placet, quod antiquitus bubus cornu petis fœnum pro sigeno in cornu appenderetur, quo sibi cauerent, qui forte occurrissent. Idq; idē fieri solitum Plutarchus in problematis autumat, quod copiosiore pabulo, non modo boues, sed & equi, & asini infolentiores, ac ferociores reddantur. Vnde extat et Sophoclis dictum in tumidū quēpiam, ac praeferoem: Tu, inquit, ferus, quasi pullus pabuli copia. Huic ad stipulator illud solonis dictum apud Laertium: Τὸν μὲν κόρον ἔσοδον ἔσθ' ἄλλοτε γυνώσκεις, τὸ δὲ ὑπερῶν ἔστι τὰ κόρα. hoc est, satietate nasci ex opulenta, ex satietate ferociam. Dictum est autē aliquando, ut idē testatur Plutarchus in M. Crasso, quod in cornu fœnū haberet, propterea quod haud quaquam impie lacefferetur, homo praedius, ac potes, & simulatū persequētissimus. At rursus Caesar postea dicitus est ei fœnū detraxisse: quod obis illū, ut cornu petū turū fugieribus, ac formidabilibus, ipse primus ausus fuerit illi resistere. Vnde pat adagū hoc etiā D. Hierony. in

epistola quadā, munitis bis, a quibus forte esset lacefferendus.

Cornutum bestiam petis. LXXXII

Consimilem fermē sensum habet Plautinum illud: Cornutum bestiam petis, de eo, qui laceffit eum, qui paratus sit retaliare iniuriā, quemq; non nisi tuo malo pronoces. Huc spectat ut Horatius, cum ait in Odis: Parata tollo cornua.

Dionysius Corinthi. LXXXIII

Διονύσιος ὁ ἐν κορινθῶν, id est, Dionysius Corinthi. Prouerbialis allegoria, quae significans aliquē et summa dignitate, atq; Imperio, ad priuata humiliorē; reddatū fortunā quē admodum Dionysius Syracusarum tyrannus expulsus Imperio, Corinthi pueros, literas, ac musicam mercede docuit. Cicerō epistolam ad Atticum libro nono: De optimatibus sit sententia uis. Sed nosti illud: Διονύσιος ὁ ἐν κορινθῶν. Quintilianus instituit. orat. lib. octauo. Est in exemplis allegoria, si non predicta ratione ponatur. Nam ut Dionysius Corinthi esse, quo Graeci omnes utuntur, in plura similia dici possunt. Hic Cicero cum ait: Nosti illud. Et Quintilianus: Quo Graeci omnes utitur: Nimirum uterq; uulgo iactatum fuisse significat. Ceterum unde natum sit adagium, Plutarchus aperuit in libello, cui titulus, περὶ τὸ ἀδολογῆσαι, id est, de futili loquacitate. Laudans enim, breuiter et grauidē dicta, cōmemorat et illud a Lacedaemonibus responsum regi Philippo bellum minanti, ferocientiq;: Διονύσιος ὁ ἐν κορινθῶν, Quibus ubi rex rescripsisset, figuando in Lacedaemone dixerat exercitum, euerfissum se Lacedaemonis, uerbo duntaxat responderunt: αἰκας, id est, si.

In me haec cedetur faba. LXXXIII

Terentius in Eunucho: At enim isthaec in me cedetur faba, hoc est, Donato interprete in me malum hoc reciderit in me haec undecabitur culpa. Translatū uel a faba, quae cū sitis quis exurit, ac batuatur, aut subitus intercunditur, ita ut sit in aereis more rusticorum: non ipsa perinde laborat, sed id eundem in quo cuditur. Alij malum ad male coctam fabam referre, quae si quando non maduerit, sed dura permanferit, ab irasit heris supra coqui caput saxo nonnumquam cōmuni confectum, tanquam fabam idescitibus, non coquam, cum uniuersum interm fabam ad coquam perueniat.

Tute hoc intristi, omne tibi exedundum est. LXXXV

Non diuersum superiori Donato admonit, illud quod apud eundem poetā legitur in Phormione: Tute hoc intristi, tibi omne est exedundū. Verba sunt Phormionis parastiti, qui quonia fuerat autor consilij de ducenda puella, equū esse putat, ut suo periculo rem item expediat. Translatum putant ab aliato rusticorū mortario. Quae quidem sententia, uel hodie quoq; uulgo non strati in ore est. Et altera huic simillima: Colo quod apastiti, ipsi tibi nendum est, id est, tu incipiundi autor extitisti, nunc idem explices oportet.

Faber compedes, quas fecit, ipse gestit. LXXXVI

Ausonius in Trochaeis suis Terentiano prouerbio confitit quoddam subnectit, & poete metaphorica altera quadam interpretatur metaphora: Tu molefsum flagitator lege molesta carmina. Tibi quod intristi, exedundum est, sic uetus uerbum iubet: Compedes, quas ipse fecit, ipse ut gestit faber. Compete in eos, qui sibi ipsis auctores sunt malorū. Videtur autē et Theophrasti poēta sumptum qui ait: Οὐτὶς ἐάν τις ὄλεσε καὶ πῶς πῶς ἔχεται, ἐπ' αὐτῶν, id est, Vincida nemo sibi cauit charissime Cyrne.

gium his uerbis: Opinor inquam non solū quod dicitur: Ma-
lum consilium, consultori esse pessimum, sed etiam bonū con-
siliū, cui qui consulit, et qui consulitur, bonum habendum.

Sophocles in Electra:

Ἐσθλὲς γὰρ οὐδ' ἐμ' ἔσπε' ἐξ ἰδίου κελύεσ, id est,
Res nulla, consilio nocentior malo.
Noxam ad eum referens, cui consilium datur.
Apparet autem senarium hunc Latinum, id quod et Gellius
admonuit, de Graecis illis Hesiodi uersibus expressum esse,
qui legitur in opere, cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι,
Ὅι αὐτὸς κἀκὰ τὴν χεῖρ' ἔνεργ' ἔδωκε κἀκὰ τὴν χεῖρ.
H. ἢ κἀκὰ βολὰς τῶν βολιῶν (αὐτὸς κἀκὰ), id est,
Ipse sibi nocet is, alium qui ledere querit.
Consultum male, consultori pessima res est.
Plutarchus in commentario de audiendis poetis, existimat hu-
ius uersiculi eandem esse sententiam, quae sit dogmatis Platonici in

nici in Gorgia: tibi Socrates dicit petus esse inuicem facere, quam inuicem pati, & damnosius esse malo afficere, quam affici. Atq; adeo totidem fore uerbis inuenitur haec sententia apud Ecclesiasticum Hebraeum autorem, capite uigesimo septimo: Facienti nequissimum consilium, super ipsam deuoluatur. Exiit in hanc sententiam et Apologus Graecus non tunc minus, nec omnino indignus, quem his commentarijs aduigamus. Leonem ob fenciam egrotantem, & ea causa suo in lustrum continentem sese, cetera quidem animantia officij gratia uisabant regem suum, excepta uidelicet. Proinde lupus nactus opportunitatem, accusauit ualperum apud Leonem Lesie maiestatis, que pro nihilo haberet eum, penes quem rerum erat summa, nec ob contemptum ad uisum accersisset. Atque interea interuenit in lupi sibilu ualperus, & extrinsecus sermonis partem audiuit. Itaq; leo conspecta ualde, protinus aduersus eam infrenuit. At illa postulato ad uergendum sese spatio, & quis, inquit, omnium qui huc conueniunt, tantu tibi profuit, quantum ego, que quoquo uersum circuectistanti, tibiq; morbi remedium a medicis repperi. Cumq; leo protinus cedixisset, ut remedium aperiret. Si uiuum, inquit, lupum excoeries, & illius pellem indues, conualeces. Leo credulus continuo lupum inuasit, & interem. Quo extincto, risit astuta ualperus, & adluminatoris malu consiliu in ipsius recidisse caput. Carmen autem refertur a Platarcho, & hunc in modum: Ος δ' αμυ κακα τειχεσ, δ' ος κακου ηπ' αλλ' τευ/χ'ι. id est, Damna parans alijs, proprio parat epati damna.

Suum cuique pulchrum. xv

Proserpialibus sententia: Suum cuique pulchrum, in eos, quibus sua, quae illis sunt, tamen studio quodam magis quam iudicio placent. Et si autem a communi mortali ingenio sumpta, quibus usque adeo inflata est illa uoluptas, id est, amor sui, ut nemiin tam modestum, tam attentum, tam ociduum inuenias, quin in proprijs aestimatum, quodam animi propensione corruptus caeciet, atq; hallucinetur. Et quem unquam uadimus in tam barbarae regione natum, cui sua patria non uel optima uideatur? Que gens tam effera, tam horrida lingua, que non alias pra sua contenta: Que tam serena corporis specie, que sibi non appareat formosissima: Proinde uere scripti Aristoteles lib. rhetorici uersiculo: ε'πει δ' ο' δ' α' λ' α' υ' τ' ο' π' α' ν' ε' τ' ο' ς, η' τ' ο' α' ν' τ' ω' α' γ' α' ρ' ο' κ' η' δ' ε' ι' ν' ο' υ' α' π' α' ρ' η' μ' ο' ι' ο' μ' η' ε' ρ' e' c' α' λ' ο' γ' ο' ς, d' i' o' ο' δ' α' λ' ο' κ' ο' λ' α' κ' η' ς ω' ς ε' π' α' τ' ο' κ' η' λ' i' d' est, Quomiam ante omnes sui sunt amantes, & sua cuiq; iucunda esse, necesse est, ut facta, dictaq; iudicio plerunq; etiam assentiantur gaudent. Id tamen si omnibus in rebus generaliter uerum est, ut sit, quemadmodum ait Horatius: Cecius amor sua, tamen in artifices, atq; ex his, potissimum in poetas, ad haec in amantes praecipue quadare uidetur. Et enim relictissime scripti Aristoteles libro quarto morali libro: Suo quemq; artificis opere impense delectari, non aliter, quam rebus quibusdam ex se se prognatis. Neq; secus adamat sua carmina poete, quam patres liberos. Et enim artificis opus, quasi quodam ingenij focus, de quo Socrates ait rectius iudicare oblectricae, quam matrem ipsam, sponsis ite amantibus mo est, sua cuiq; sponsam certam extollere. Cuius rei fat magnu exemplum exiit de Tarquinis adulescentibus. Vnde et hodie uulgo scite dicunt: Nullu repperiri deiformem amatum. Propterea, quod amant, uel non pulchra, pulcherrima uideantur. Quam sententiam eleganter extulit Theocritus in Ecloga sexta:

η γαρ ε'ξωλε, πο'δ' α' κ' ο' ς δ' ο' λ' u' φ' α' μ' ε' τ' ο' μ' η' κα' λ' α' κα' λ' α' π' ε' φ' ο' η' η' , id est, Et enim haud raro Polypheme,

que minime sunt pulchra, ea pulchra uidentur amanti. Plato prouerbium extulit in Lyfide, sed inuerset, & κ' η' ο' ς η' s' i' n' u' l' d' i' n' g' u' i' t' , η' τ' i' α' κ' η' s' ε' ρ' ο' κ' η' i' α' ν' τ' ο' ς ο' ι' μ' α' ρ' η' , ο' η' ο' λ' α' ρ' η' ο' λ' ο' ρ' ο' σ' i' ν' o' u' s' , id est, Periculum est ne uicta uetus adagium, amicum sit quod pulchrum est. Quasi non ideo pulchru haberi debeat aliquid, quod sit amicum, sed ideo oportet esse amicum quod sit pulchrum. Huc pertinet & illud, quod scribit M. Tullius libro de finibus quinto: Sui enim quisque studio maxime ducitur. Et rursus in primo officiorum: Quorum uterq; suo studio delectatus contempnit alterum. Quamquam hoc uenia dignu, haecenus communem illa ο' λ' α' ν' τ' i' α' μ' ualere, ut suis quisque liberis, suis artibus, suo instituto, suis inuentis, suae patriae paulo impensius faveat, nisi consq; caecitatis nos rapiat, ut & uirtutes alienas calumniemur, & nostris blandiamur uitijs, eaque uirtutum nomine donemus. Ac sibi quisque sit, quod sibi fiat Suffenus Catullianus, aut Meuius Horatianus. Quod uiti flaccus in epistolis notans; Dum mala, inquit, delectent mea me; mel denique fallant. Atq; hoc loco Forphyron indicat Horatium respicere uulgatam sententiam, quod homines suis malis non solum non dolent, uerum etiam delectantur. Eaque de re Graecum adagiu esse celebratum, uerum id adagium uitio librariorum delectator in scriptura, eadem pertinet, quod alibi dixit Horatius: Turpia decipiunt caecum uitia, aut etiam ipsa haec Delectant, ueluti Babilonium polypus Agne.

Nam Balbino sulto amati, etiā polypus Agne amice, suae quiddam olera uidebatur. Est autem polypus uitium narium graue olentium, itidem ut hircus alarum. Vnde et polyposos, & hircosofos dicimus. M. Tullius ad Atticum lib. decimo quarto; Accipe, inquit, a me mi Attice καθ'ολομ' δ' ε' δ' ο' ρ' η' κ' η' , carum rerum in quibus exeratatis sumus satis. Nemo unquam, neq; poeta, neq; orator fuit, qui quenquam meliorem se arbitrarctur. Hoc etiam malis contingit. Quid tu Bruto putas ingenio & erudito, de quo etiam experti sumus? Nuper, in eadē scriptura interrogatu tuo. Meum mihi placebat, illi suum. Quin etiam cum ipsius praecibus adductus penē scripsissem ad eam de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud quod mihi placeret, non probari. Quare sinamus, que suo, quaeq; sibi scribere. Suam cuiq; sponfam, mihi meam: Suam cuiq; anorem, mihi meum. Non scite. Hoc enim Attilius poeta dorfissimus. Haecenus Cicero, Cuius ex uerbis apparet hos duos uersiculos. Suam cuiq; & cetera, ex Attiliana quamquam fabula sumptos esse. Idem Tullius lib. Tuscularum quaest. quinto: Muscorum uero persusiois acceptos poetae etiam Tragiciam, quem bonum, nihil ad rem. In hoc enim genere nescio quo pacto magis, quam in alijs suam cuiq; pulchrum est. Adhuc neminem cognouit poetam, & mihi fuit cum Aquino aemicia, qui sibi non optimus uideretur. Sic res habet. Te et tua, me delectant mea. Eandem sententiam Plautus in Stichō, diuersis uerbis, sed nimis quam eleganter extulit. Sus, inquit, rex reginae placet. Suae cuique sponsa sponso. Huc referendam & Theocritica illud:

κα' i' s' d' i' l' i' s' , ο' η' κ' η' i' d' ε' ρ' ο' κ' η' ο' κ' α' ρ' ο' u' o' ς μ' ε' λ' ε' γ' ο' u' η' , id est, Nec mihi forma profecto mala est, si uera loquuntur.

Id imitans Maro: Nec san adeo infirmis, iuper me in littore uidi, Cui placidam uentis staret mare. Aperiunt allusit ad adagium Flaccus, in epistola quadā: Iouis auibus ista Seruus, fidis enim manare poetica mella

T e solum, tibi pudher.

Tibi pudher dixit, pro tibi ipsi placens. Non disidit ab hac forma, quod diuus Augustinus cum alijs aliquot locis, tum in epistola 48. adducit ex Tychono quodam. Quod uolumus, sanctum est. Est autem hemicubiti carminis heroci. ~~Quod aduulsi uerba non peruenit eorum haberet in mortuis corib, qui hodie sibi arrogantis nuntiant pietatem quum iniquitate peccant. Dicitur autem, qui cum iniqui nec ferat, nec nominando maledicit, minus tamen super eorum debet acerbiter in uis adiciant.~~

Patriæ fumus igni alieno lucculentior.

XVI

Proverbij faciem habet, atq; ad canē pertinet sententiā, quod eleganter scripsit Lucianus in Encomio patriæ: Ο δ' εστι πατρις ὁ καὶ ὡς κατ' ὅδε λαμπρότερος ὀφθαλμοῦ τροπέως ἄλλοις πυρόδ, id est, Ac patriæ fumus lucculentior homini uidetur, quam ignis alibi. Philostratus in Ariadne: ὁ δ' ἄλλος δὲ ἐξ ἄλλου ἢ ἄλλου ἢ κατ' ὅδε ἄλλου ἢ ἄλλου ἢ οὐδὲν ἄλλου δὲ ἔργο κατ' ὅδε, id est: T hefcus uero amat quidem, sed Athenarum fumum. Nam Ariadnen neque uidit adhuc, neq; etiamdum cognouit. Apud Homerum: Ἐν κεν ἄλλου πατρις ὀφθαλμοῦ, id est, Terræ natalis fumum vlybes optat uidere surgentem, unde et ductum proterbiū.

Via uox.

XVII

Via uox olim dicebatur, non scripta, sed ab ipso pronuntiantis ore percepta, quasi uiuā, atq; effica. Nam uiua non nunquam dicitur, quæ natia sunt, non factitia. Ut uiuo de marmore, et uiuq; sedilia saxo. Inest autem rebus natiuis, necio quid gratie genuine, quod ars nulla queat imitatione consequi. Porro scriptura uox quæpiam est, sed quasi factitia, ut æq; uocis, ut canq; imitatrix. Deest actus, motusq; hoc est, uita. Si quidem actio, ut auctor Fabius, orationis quasi uita est. Rerum inuentio ostium igni est: ordo neruus imitatur, dlocutio carnem, cutem, coloremq;. Memoria spiritus uice fungitur: quibus omnibus accedit pronuntiatio, uelut motus quidam uitalis. Nullum enim certius argumentum uitæ, quam motus. Vnde et flumina uiua dicitur, et argentum uiuum. Contra mortua, que torpent, languentq;. Cicero libro Tusculanarum questionum secundo: Licet enim satis exemplorum, ad imitandum ex lectione suppediet, tamen uiua illa, ut dicitur, uox alit plenus, præcipueq; præceptoris. Idem ad Atticum libro secundo: Vbi sunt nūc, qui aiunt: ἴσως φωνῆς. Quanto magis uidi ex tuis literis, quam ex illius sermone, quod egeretur. Porro qd Cicero prohibet abruptū ac mutilum, hoc quidam supplerunt de suo, ad hunc modū: ἴσως φωνῆς ἴσως φωνῆς ἴσως φωνῆς. Plinius iunior in epistola quadam ad Nepotem: Præterea magis, ut uulgo dicitur, uiua uox afficit. Nam licet acriora sint que legat, alius tamen in animo fident que pronuntio, uultus, habitus, gestus etiam dicentis adfigit. Diuus Hieron. in præfatione generali: Habet nescio quā latentis energie uiua uox, et in aures discipuli de doctoris ore transfusa, fortius sonat. Hæc uenit ille. Vnde celebratum illud Aeschini, de Demosthenate, τὸ δὲ εἰ οὐκ ἴσως φωνῆς ἴσως φωνῆς, id est: Quid autem, si ipsam audisset be-luam? Et illud: In scriptis Demosthenis, magnam Demosthenis partem adesse.

Muti magistri.

XVIII

Quod modo retulimus, usurpauit et Aulus Gellius: atq; hinc alterum quoddam diuersum adiecit: Mutos, inquit, uocis, ut dicitur, uiua, memoria erat, ex mutis, quod aut, magistris cognoscerem. Mutos magistris libros sentiens, qui lo-

quantur quidem nobis, ut apud Platonem ait Socrates, sed du-bitanti non satis commode respondent. Nec ille ipse profecto literæ, muti uocantur præceptores. Propterea quod uociferi est non uoce, sed uultibus, signisq; loqui. Tidem et libri, notu-lis quibusdam, et significantibus signis nobiscum fabulantur. Quemadmodum enim uoces, senforū animi, uelut εἰδωλα, que piam sunt, auctore Aristotele, sic literarum figuræ, uocū simulachra a quedam recte dicuntur. Neq; mirandum, siquidem ἀρχὴ τῆς πρὸς βελτίωτος exemplar, efficaciam respresen-tat, ac transfundit affectus animi, quam alterum illud, quod non rem ipsam, sed imitationem imitatur. Neq; illud temere queri solet à multis, utrum sit ad eruditionem comparandā conducibilis, ζωὸν φωνῆς ἰσχυρόν, ἢ τὸς ἀφωνοῖς ἀπὸ σκευαλοῖς, hoc est: plus ne conficit lectio, an uisualitatio. Et habet res utraq; sua quedam pecuniaria commoda. Nam ex libris tum eruditiora feruntur, que discuntur, tum plura. Tantum enim quisq; discit, quantum ingenij celeritate conse-quā, memorie fidelitate cōplecti potest. Adde, quod hi præ-ceptores, nunquam grauantur operam suā nobis impertire. Atq; horum ut uerior, ita paratior copia. Accedit huc oculū illud, et cogitationis secretum. Licet prescius inspicere singula, licet retrahere, licet expendere. At è diuerso minore utitur, tum ingenij, tum oculorum, tum ualeitudinis constant, que à præceptore disserente percipimus, maxime si is dicat, quæ et mirum, et amemus. Deinde insidunt alius animo, et hærent tenacius, et occurrunt promptius. Quare consul-tum erit, alterum studij genus cum altero cōiungere, et ubi uiue uocis erit copia, libentius auscultare quam legere, si mo-do mediocri sit eruditio, que ascendere uult. Vbi non erit, libenter quasi non minus opere precium facturus sis, ad libros confu-gere, sed optimos. Deniq; ut illud quoq; adiuciam, ea figuræ libri dicti sunt muti magistri, quæ δὲ Tullius legem appellat mutuum magistratum, magistratum legem loquentē: et quæ Plutarchus pœsim appellat picturam loquentem, et pictu-ram, mutam pœsim.

Frons occipitio prior.

XIX

Priscis agricolis celebratum adagium, atq; instar eni-gmatici iactatum: Frons occipitio prior. Quo significat an-tiquitas, reclusi geri negocium, ubi presens, ac testis adest is, cuius agitur negocium. Prior dictum est pro potior, me-liorq;. Alloqui, quis ignorabat frontem priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem? Tameñ hæc ambibolo-gia commendat nonnihil dicti gratiam, quod ob antiquitatē oraculi instar habebatur. Exstat autem apud Catonem libro de re rustica: Si bene, inquit, edificaueris, libentius et sepius uenies, fructus melior erit, minusq; peccabitur: fructi sui capies: frons occipitio prior. Plinius item in eandem ferme sen-tentiam, libro historie mundi decimo octauo, capite quinto: Eū tamen, inquit, qui bene habitat, sepius uentitare in agro, frontemq; domini plus prodesse, quam occipitium, non men-tiuntur. Rursum eiusdem libri cap. sexto: Et ideo maiores in-tellectum in agro oculum domini esse dixerunt. Aristoteles Oeconomicorū libro primo, uidetur hanc sententiā ad Perse-um quempiam referre, subnectens alterā huic similem, que à Libe quodā sit p̄fecta. Sed satis fuerit ipsius adscribere uer-ba, si quis forte desiderabit. καὶ τὸ πρῶτον ὁ λίβου ὁ ἀποφθεγμαι εὐ ἀρχῆς, ὁ μὲν γὰρ ἐρωτᾷ δειτὶ μάλα καὶ ἴππορ ποταμῶν, ὁ πρὸ δαυοτος ὀφθαλμῶς ἔργου, ὁ δὲ λίβου ἐρωτᾷ δειτ, ἵνα κότε ὀφθαλμῶν, καὶ τὸ δαυοτος ἴχνη ἔργου. id est, Atq; illud Perse, Libyosq; resposum, recte seruabunt. Nam alter interrogatus, quæ res potissimū saginaret equū: respondit,

respondit, oculus domini. Alter rogatus, quod stercus esset optimum: domini uersigia, inquit. Vterq; significauit domini praesentiam, plurimum habere momentum ad rem bene gerendam. Item Columella putat rem mala esse frequentem sinui locationem, peiorem tamen iorbani colorem, qui per similitudinem maualt agrum, quam per se colere. Huc pertinet illud, quod refertur ad Grælium, quod cum quadam corpulentus, ac nitidus, equum haberet macilentum, ac frigidum, rogatus quid esset in causa: respondit mirum non debere uideri, si equo suo esset habitior, quandoquidem ipse se pasceret, equum careret sterius. Plutarchus in commentario de liberis educandis, καὶ ταῦτα δὴ ἔκαθε μὲν ἵππῳ ἰπποκόμος χάρειν, ὡς αὐτὸν οὐτὼ πιαίνει τὴν ἰπποκόμιαν βασιλικῶς ὀφθαλμοῦς, id est, Hinc et illud eleganter dictum ab equifone, nihil perinde saginare equum, ut regis oculi. Huius figuræ est, quod Aeschylus in tragedia, cui titulus Perse, domini praesentiam, oculum domus uocat: Οὐ μὲν γὰρ δὲ ὄμωμ, νομίω δὲ αὐτῶν τῶν ἰπποκόμων, id est, Nam domus oculum esse, domini uicem praesentiam.

Eodem pertinet, quod perquam uenuste dicit T. Lilius: Non satis feliciter solere procedere, que oculis agas alienis. Innuit tale quiddam et Terentium in Eunuchis, cui ait: Ita ut sit, domini ubi absunt: significas absentibus heris, minus profecto facere indigetius, et peccare licetius: nempe hæc omnia eodem tenentur, ut quisq; sui negotii praesens, curet, neq; magnopere fidat aliene industriæ. Id nulli magis obseruandum quam principati, si modo principis animi gerat, non praedonis, hoc est si publicum commodum cordi habet. Ad hodie fore episcopi et reges omnia alienis manibus, alienis auribus atque oculis agunt, neq; quicquid minus ad se pertinere putat quam reipsum, aut primatus suisq; dissentit, aut uoluptatibus occupati.

Aequalis aequalem delectat. xx

Similitudine mater est beneuolentia, consuetudinibusq; et familiaritatis conciliatrix. Vnde uidemus uenues inter se libenter conuenire, senes cum senibus congregari, doctos doctorum conuentu capi, improbos congregari cum improbis, bibones cum bibonibus, natus amare natus, amittibus esse necessitudinem eorum diuitibus, atq; in uniuersam similia similibus gaudere. In hac sententiam extant aliquot ueteri prouerbia, quorum est illud: ἴσους ἴσους τρέπτει, id est, Aequalis aequali delectat. Quod uisitant M. Tullius in Catone maiore: Pares autem, inquit, cum paribus, ut est in uetere prouerbio, facillime congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio, proficietur ab ætatis æqualitate, quam Græci uocant, ὁμηλικίω.

Ad quod alludens Homerus in Odyssæe, O. Ἄρα δὲ μὲν ὁμηλικεῖς ἑμῶν, id est, Quæritia simus æqueui. Huc respexit Plato primo de republ. libro, apud quem Cephalus, qui se testator iam peruenisse esse γηράειν οὐδὲ θάνατον, id est, senectutem limen, ait, ποζάκις γὰρ σαυροχόμεναι ἄνεσ ἐῖς τὸν ὄψακα λίσσεται ἡλικίω ἔχοντες, δις ὡς ἴσους τὸν πάλαιον πρῶμιον, id est, Senem uero pleriq; conuenimus, ferme æquales, antiquam illud seruantes prouerbiū. Aristoteles secundo Rhetorici libro, recensens que quibus sint iucunda, scribit in totu ea natura sese iniucem delectari, que genere sint coniuncta, aut similia, ut hominem homine, equum equo, adolescentem adolescentem. Atq; huc tendere prouerbia iudicio iactata: ἴσους ἴσους τρέπτει. Item id genus alia quædam. Verba illius hæc sunt: τὰ συγγενῆ δὲ καὶ ἴσους ἀλλήλοισ ἐστὶν ἑπικρατὰ τὰ συγγενῆ καὶ ἴσους ἐπὶ τοπείω, οἷον ἐπιρωσθῆναι ἀνθρώπων καὶ ἴσους ἴσους καὶ νεοθῆναι καὶ ἀπὸ πρῶμιον ἵππων, ὡς ἴσους ἴσους καὶ τρέπτει, καὶ ὡς αἰὶν ὁμοίον, καὶ ὡς ἴσους ἴσους, καὶ

αἰὶν ὁμοίον πρὸς ὁμοίον, καὶ ὡς ἴσους τοῖσιν αἰσθητοῖς. Theognus ait amicitiam coherere inter æquales, ἴσους, ἔσ' ἴσους.

Ἴσους μὲν ἴσους ἴσους ἴσους, οἷον καὶ αὐτὸν οἷον καὶ ἴσους, οἷον παλαιότερον, id est, Omnes si sese uenerantur, amantiq; uicissim.

Vicini, æquales iuribus, atq; senes. Nec alienū est ad hoc prouerbio, quod Empedocles ait apud Aristotelem libro de anima primo, animam esse quiddam ex omnibus elementis conflati, in ipsam horum quatuor esse, et unumquodq; cognoscere, eo quod habet affine cum singulis.

Empedocles uersus sic habent: Γαῖα μὲν γὰρ γαῖαν ὁπάρουσιν, ἰδὲ αἶα δ' ἰδὲ ὡς, Αἰθέρ δ' αἰθέρα διόρ, ἔταρ περὶ πύρε ἀϊδιόλορ, Σπὸρ γὰρ δ' ἐστὲν, νεῖκε δ' ἐτε νεῖκε λιγυρῶ. Philosopher unum quæstium, Zenon, in fallor, apud Augustinum prodidit animam ipsam esse numerum ipsam mouentem, atque hanc eo causam rebus numerosis natura capi delere iuribus, ueluti musicis modis afficiuntur et pueri, cognatio quodam natura sensu, cum profus nesciant quid sit musica. Aristoteles hoc ipso quem modum retulimus loco definitionem adducit, iactato uicissim nomine.

Simile gaudet simili. xxii

Ὁμοιορ ὁμοιορ ὄμοιορ, id est, Simile gaudet simili. Aristoteles lib. moralium, s. ὁμοιορ ὁμοιορ ἐστὲν, id est, Simile appetit simile. Item lib. s. ὁμοιορ ὁμοιορ ὄμοιορ, id est, Simile simili amici. Vnde est et illud, ὁμοιορ ἐστὶν ὄμοιορ τὸ μῦθος, id est, Similitudo mater amoris. Quare ibi abe soluta similitudo, ibi uenientissimus amor, id est, inuicem at fibula Naracisi. Agathon in conuio Platoni: οὐδ' ὄμοιορ παλαιῶς λόγῳ ἐν ἔξῳ, ὡς ὁμοιορ ὁμοιορ αἰνὴ πελοῦς, id est, Scit te quædam ueteri prouerbio ferus, simile simili semper herere: Plutarchus in commentario, cui titulus, quo pacto sit amicus ad adulateore dignoscendus, refert huiusmodi senarios: Γέρον γέρον ἡλιότονον ἰδὲ ἴσους ἔξῳ, Παιὶς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρὸς φορορ γυναικὶ, Νόσον τ' ἀνάρ νοσοῦντι, καὶ δις ὡς ἴσους ἀκροῦς, ἔσως ὄμοιορ ἐστὶν ὄμοιορ πρὸς ὄμοιορ, id est, Seni senilis lingua iucundissima est, Puerosq; puer, et mulier apta femine. Agrotus titidem agrotor, et in malis situs, Exercito malis placet, atq; congruit.

Diogenes Laertius ostendens quædam imitationem Platonem ex Epicharmi scriptis, adducit et illud, Quod canis canis uideatur pulcherrima, et boui bos, et asina asino, et sur su. Diximus alibi, suum cuiq; regine placere regem. Plato libro de legibus octauo: ὄμοιορ μὲν πρὸς καλοῦ μὲν ὁμοιορ ὁμοιορ κατ' ἀρετήν, ὄμοιορ ἴσους, id est, Amicis quidem uocamus simile simili, quo ad uirtutem, et æquale equali. Quæquam adagium recte transferretur et ad illos, quos similitudo conciliat uirtuorum. In quos est illud Catulli: Pulchre conuenit in probis cinedis. Item illud Martialis:

Vxor pessima, pessimus maritus
Miror non bene conuenire uobis. Illud ite Iuuenalis:
Magna inter molles concordia.

Semper similem ducit deus ad simile. xxiii
Poiesit autem adagium ex Homero natum uideri, apud quem in Odyssæe p. Melantheus caprarius conspicatus Eumeum fibulam, ipsam Vlybsem fecum adducenctem, sed habebit, hæreticque pannosif, scemna iacit in utrumq; quasi duo inter se similes bene conuenissent:

καὶ ἄλλοι μάλιστ' ἀγαθὸν κακοῦ κακοῦ ἢ γὰρ ἄλλοι
 πρὸς αὐτὸ τὸ μῦθον ἀγαθὸς ὡς τὸν ὄμοιον. id est,
 Nunc adeo malus ecce malum comitatio, ut isq;
 Ad similem deus, adducit, similem q;, parentis;
 Aristoteles libro moralium octavo, prouerbij loco refert:
 Ὁμοῖο τῶν ὄμοιον φασιν ὡς τὸν ὄμοιον, id est,
 Vnde similem aiunt ad similem.

Semper graculus affi-
det graculo. XXIII

Αἱ κολοῖδες πρὸς κολοῖδ' ἴζαν. id est,
 Adfidit usq; graculus apud graculum.

Refertur à Diogeniano prouerbialis Senarius: notatur q; ab
 Aristotele libro rhetoricorum, quem modo citauimus: ubi
 inter alia complura bonus sententie prouerbia, hoc quoque
 commemorat. Item libro moralium octauo, καὶ κολοῖδες
 ποτὶ κολοῖδ' id est, et graculus, inquit, ad graculum.
 Porro graculorum conuentus olim notos fuisse testatur M:
 Varro libro de re rust. tertio. Vnde Plutarchus in libro de
 polyphilia, οὐκ ἐγγυλοῦν ὄσιν δὲ κολοῖδες, id est,
 non armentarium est, neq; graculeum.

Cicada cicadæ chara, for-
mica formicæ. XXIII

Ceterum, quod Aristoteles in eo loco, quem modo citauimus,
 addidit: Et si qua sunt id genus alia, dubiū non est, quin
 fenserit illa, que sunt apud Theocritum Idyllio nono:
 τῆτις μὲν τέτιτι, χιλῶ, μίε μακρὴ μίε μαε,
 ἔγκκε δ' ἔκαρι. id est,

Formicæ gratæ est formicæ, cicada cicadæ.
 Accipiter placet accipitri.
 Porro nota est formicarum politia, et cicadæ concentus;

Figulus figulo inuidet,
faber fabro. XXV

Ab hac firma uelut excipiendi sunt, qui in eadem arte uer-
 santur, propterea quod inter hos artificij similitudo, magis
 emulationem conciliat, quam beneuolentiam. Quorum mu-
 tuam inter ipsos inuidiā Hesiodus, in opere, cui titulus, Ope-
 ra ex dies, compulsiuis metaphorsis indicauit, haud tamen
 damnans id genus artificum, concertationem, imò probans,
 ac laudans. Proposierat enim poeta duplex emulationis ge-
 nus, quorum alterum sit utile, pulchrumq; mortalibus, alte-
 rum scdum, ac perniciosum. Hoc homines adrixas, ac bella
 concitari, propter opum, honorumq; certamina. Illo uero
 tanquam exemplis propositis ad industriam, et honestas ar-
 tes experge fieri. Honestam igitur emulationem his uer-
 bis describit:

Ζηλοὶ δ' ἔτε γέιτων γέτωρ
 Εἰς ὄφθον ἀσπίδοντ' ἀσπίδ' ἄξιε ἰδὲ βοροσίω
 καὶ κεραιμενὲ κ' ἰαμὲ κ' ὀτὲ, καὶ πέπονι τέκτωρ.
 καὶ ἠώχως ἠώχῳ φθόνε, Ὁ ἀσπίδ' ἄσπίδ'.

Quos uersus, longe elegantissimos, in hoc duntaxat uertim-
 nus, ut intelligantur. Nam ueniustatem, uix quisquam asse-
 quatur, nedum ego.

Semper uictus uicino est emulus, hunc ut
 Condere cernit opes properantem gnauiter, atqui
 Concertatio conducit moribus ista.

Odit ita, fabrumq; faber, figuloq; molestus
 Est figulus, mendico protinus inuidet alter
 Mendicus, cantor cantorem inuidus odit.

Visus patet cū aliis frequēter apud diuersos autores, tū apud
 Aristotelem lib. moralium scdulo. Rursum eiusdē operis libro
 octauo, παρ' αἰετὸς νίε φασιν, κεραιμὲν πέντες τοῦ

πιδότες ἀπὸ αἰῶνος φασιν εἶνα, id est, Omnes eiusmodi
 figulos inter sese aiunt esse. Figulos inuidos dixit, nimirū allu-
 dens ad Hesiodium adagium. Item Rhetoricorum libro ter-
 tio, ὄσιν εἰρηῶ καὶ κεραιμὲν κεραιμὲν, id est, Vnde di-
 ctum est, et figulus figulo. Citat ibidem et hunc senarium,
 haud scio ex quo poeta:

τὸ συγκρῆς γὰρ καὶ φθονεῖρ ὡδισσῆς. id est,
 Etenim inuidere didicit ipsa affinitas.

At est similitudo, quā in Symposiacis Plutarchus μελιμωμ
 dicit, hoc est, bellacem ac pugnacem, qualis est gallorū gal-
 limaceorū: qualisq; est inter sophistas, medicos, poetas, cetero-
 res, et ob hoc uetat id genus hominū in cōmunijs cōtingi, ne
 quid oriatur rixæ. Est altera, quam ἐπιεικὴ uocat, cuiusmo-
 di est graculorū inter se. Ad hanc pertinēt nauæ, agricolæ,
 uenatores, aliptici, atq; ob id recte copulantur in accubitu.
 Ad hec amantes, nisi contingat eos eandem amare.

Cretensis Cretensem. XXVI

Ὁ κῆρς τῶν κῆρτα, Cretensis Cretensem, subaudi, quod
 est commodum sententie, prouocat, conatur circumuenire,
 aut tale quippiam. Quoties improbus agit cū improbo, perfi-
 dus cum perfido. Sumptum adagij à Cretensium moribus,
 quos plurimis conuicijs inessuit antiquis as.

Cretensium Aegineta. XXVII

Eandem obtinet sententiā, κῆρς πρὸς ἀγνώτω, id est,
 Cretensis cum Aeginita, subaudiendum, agit. Quodrat in
 pariter improbus, qui mutuis inter se fallacijs eguit. Nam
 Aeginite quoq; olim male audierunt, in quos etiam oraculū
 illud quidam aditum putant: οὔτε ἔπιτο οὔτε τέτρητο, id
 est, Neq; terij, neq; quartii.

Vulpinari cum uulpæ. XXVIII

Ἀλωπεκίσηρ πρὸς ἐπέωρ ἑλωπέκεια, id est, Cum uul-
 pe, uulpinare tu quoq; inuicem. Senarius est prouerbialis. Cū
 astutis astutij agito. Horatius: Nunquā te fallant animi sub
 uulpæ latentes. Quod autem nos, ἀλωπεκίσηρ uertimus
 uulpinari, ne quis hoc uerbi tanquam nostrū, ac nouū asper-
 netur, citatur ex M. Varronē à Nonio Marcello. Sic enim
 ausus est dicere Varro uulpinari pro ἀλωπεκίσηρ, quem
 admodum Horatius, Iuuenari dixit pro uολπίσηρ.

Cretiza Cretensium. XXIX

πρὸς κῆρτα κερτίσηρ, id est, Aduersus Cretesem Creti-
 za, id est, aduersus mendacē mendacijs utere. Vfus est Plutar-
 chus in uita Lyfandri πρὸς κῆρτα δὲ ἔρα τῶν λόγῳ κερτί-
 ζωρ. Rursum in uita Pauli Aemilij τοῦ μολ' ἐπισταυλίου
 ἀκρίβως αὐτ', οὐκ ἔλαδιον κερτίζωρ πρὸς κῆρτα, id est,
 Eos quidē qui hominē penitus norant, haud latuit, quod cū
 Cretesibus arte Cretica uteretur. Propterea quod Cretensium
 nauitas, de Iouis apud se sepulchro, multatā id genus men-
 tentiū, in uulgi fabulam abierit, id quod palam testatur Epi-
 menidis ille uersiculus quem Paulus etiam apostolus citat:
 Κῆρτες αἰεὶ ψεύσαν, κακὰ δεικναι, κατ' ἔρε ἀγροί, id est,
 Cretenses semper mendaces, male bestie, uentres pigri. Diuus
 Hieronymus in commentarijs quos in hanc scripsit episto-
 lam, indicat hunc uersiculum repperitum in opere Epicme-
 dis, cui titulum fecit, De oraculis. Vnde et Paulus propheta
 tam uocat, siue per iocum, siue ob argumentum. Huius au-
 tem carminis initium, κῆρτες αἰεὶ ψεύσαν, usq; patet Calli-
 machus poeta Cretensis, scribēs aduersus Cretenses, in lau-
 dē Iouis, ac uirtutatis eos arguens, quod id est: arēt illius sepul-
 chrum esse apud se, cum is esset immortalis. Quō respiciens
 Ouidius: Nec fingit, inquit, omnia Cretes. Vnde κερτίζωρ
 Greci pro mentiri dicunt. Suidas aliam adagionis causam
 inducat,

indicat, scribens I domencum Cretensem, cum illi negotium esset datum, ut as Labyrinthi Graecis distribueret, sibi partem longe optimam delegisse. Vnde conuersus adictor etiam in illos, qui fraudant alios, iussit; congruus impensus ubiq; fluident, idem putat ad agnū quadrare etiā in eos, qui frustra a mē dacijs agunt aduersus artificem mentientem. Quenamodum unigo dicunt difficillimum esse furari apud fures, ita difficilli mum mendacijs imponere mendacibus.

Cum Care Carizas. XXXX

Huic simillimū refert Diogenem, ἄγος κέφα κρηίτες, id est, Cum Care carizas. Rustice agis cum rustico, barbare loqueris barbaro, crasse cum crasso. Cares populi sunt Phrygiae, de quibus alio loco dicimus, quorum mores proceribus aliquot iocere locum.

Cretensis mare. XXXI

Ο κρηίς τῶν βέλτατων, id est, Cretensis mare, subaudiendum, nescit, aut metuit. Hanc paronomiam refert pariter, atq; exponit Strabo geographiae lib. 10. Scribes olim Cretenses na uigandi peritia, reuerſiq; marinarum usu procerbum: Cretēsis mare nescit, in eos, qui nescire fingerent, quod egregie calle rent, Et enim qui consentaneum est, Cretenses cum sint insula res, ignorare mare, quo circumgunt ualiquas? Vnus est eodē et Aristoteles in Pericle: ὁ κρηίς τῶν ὄρωτον. Zenodotus scribit apud Alcæum extare.

Ad umbilicum ducere. XXXII

Extant apud autores, aliquot absolendi paronomie, quarū de numero est illa: Ad umbilicū ducere, pro eo quod est librū finire, atq; absoluerē. Sane enim umbilici, inter prete Porphy rione, ornamenta quaedā officia, aut lignea, corne auct umbilici nostri formam imitantia, que uolumentibus iam absolutis adde bantur, atq; hinc procerbiale figuram esse natam, ad umbilicum peruenit, id est, ad finem. Horatius in epodis:

Deus deus nam me uetat
Inceptum celeres pronissum carmen iambos
Ad umbilicum ducere.

Martialis in quarto epigrammatum libro:

Ohe iam satis est, ohe libelle
Iam peruenimus usq; ad umbilicos.
Tu procedere adhuc et ire queris. Idem libro quinto:
Quis cedro decorata purpurāq;
Nigri pagina creuit umbilicus. Idem in tertio:
Cedro nunc licet anibules perunctus,
Et frontes gemino decens honore,
Pictis luxuriis umbilicus.

Rursum in undecimo:

Explicitum nobis, usq; ad sua cornua librum,
Et quasi perfectum, Septimiane referis.

Verū equidem haud scio, possit ne proferri hoc, aliō quam ad librū, aut carmen transferri, nisi duntaxat fiat metaphora.

Summum fastigium imponere. XXXIII

Illud generalius est: Summum fastigium imponere, pro eo quod est rem omnibus suis partibus absoluerē. Exempla repe rit apud Ciceronem lib. officiorū tertio, apud Plinū in epi stolis aliquoties. Translatione ab edificatoribus, qui perfectō demū edificio, fastigium aliquod solent imponere. Quibus sicuti fundamentum prima insituendū operis pars est, ita fastigium suprema est iam absolutū. Vnde quemadmodū fundamenta ia cere transferunt ad id, quod est insituere quippiam: ita fastigium addere, traducunt ad rei perfectionem, summamq; id uocant, nānum. Huic consue quod a Graecis dicitur, τῶν κολοφῶν ἐπιθήκη, id est, Colophonem imposuit.

Summam manum addere. XXXIII

Eandem uim habet: Summam manum addere. Metri ni metaphora ab artificibus translata, qui primam ridē quoddam operis simulacrum effingunt, atq; hanc primam appellat manū, deinde formam expressus, postremo summa cura ex poliunt, atq; hanc supremam, seu summam manum uocant. Seneca ad Lucillum: Vno deo delectat potatio extrema, illa que mergit, que ebrietati summam manum imponit. Eadem figura dicitur nihil deesse preter extremam manum. Exempla crebriora sunt apud scriptores, quam ut hic referat repetere.

Supremum fabulae actum addere. XXXIV

In eandem formam referendum est illud: Supremum fabulae actum addere, pro eo quod est extremū finē imponere, a poetis comœdiarum, aut tragœdiarum scriptoribus afectioni, qui fabulas suas in actus quosdā distribuant. Vnde illud Horat. Nec sit quinto productior actus.

Solent autem in extremo actu, plurimum artis addere, sicuti scribit M. Tullius ad Qu. fratrem: Illud te ad extremum ex oro et hortor, ut tanquam poetae boni, et actores industri solent, sic tu in extrema parte et conclusionē muneris ac negocij tui diligentissimū sis: ut hic tertius annus imperij tui, tanquam tertius actus perfectissimū atque ornatisimū esse uideatur. Idem ad Atticum libro decimotertio: Et enim haec decantata erant fabula, sed complere paginam uolui. Cice ro in Catone transfert ad uitam peractam. Quenamodum et Apuleius libro floridorum tertio, de Philemone comico lo quens. Renunciare, inquit, Philemone poetam, qui expectaretur, ut in theatro sicutum argumentum finiret, iam domi ueram fabulam consanuisse. Enimvero iam dixij rebus hu manis ualere et plaudere. Opinor ad hanc formam pertinere, quod apud Nonium dicitur Lucillus: Sarcinatoris esse, sanmū fure centonem optime.

Catastrophe fabulae. XXXV

Cuiuslibet exitum rei, procerbiale figurā, catastrophe non carnis. Porro inter figurā as procerbiales illud admodum uis, unicuique discipline, atque artificio, sua quaedam esse peculiaria uocabula, que quemadmodū in sacrorū ceremonijs, ac magicis precambibus fieri consuevit, penē superpositione quadam usurpantur. Ea quoties in aliud quippiam tranſunt, serē pronerij spectem obtinent, aliud ex militari disciplina, receptui canere, et locum deserere, et prima acies. Et res ad triarios redijt. Ex musica, preludium pro praefatio ne, aut ingressu negocij. Summa et ima chorda, pro clamo sa et graui uoce. Et eadem oberrare chorda, pro eo quod est in eadem re peccare sepius. Porro fabula omnis, ut ostendit Donatus, in tres partes distribuitur in πρότασι, ἠρώτασι, ἠλώτασι, κτάρασι. Protasis est primus ille tumultus iam quasi gliscens. Eptasis, turba feruidissima. Cata strophe subita rerum commutatio. Vnde Lucianus eleganter exitum euentumque negocij catastrophephen appellat, cum alijs, tam in commentario de mercede seruientibus, ἐπιπῶσι δὴ ἢ ἡλικαὶ τοῖς ἢ κτάρασι τοῖς δῆμασι γίνεσθαι id est, Post omnia denique que illis catastrophephibae contingit, hoc est, quis exitus seruitij. Et in Alexandro Pseudo mane, τοῦτο τῆλθ' ἐστὶ ἀλεξάνδρου τῆς γαλιλαίας, id est, Eiusmodi finis tragœdiæ Alexandri. Idem in uita Peregrini αὐτῆς ἐστὶ γαλιλαίας ἐστὶ κατὰ κῆρον τῶν κτάρασι.

A capite usque ad calcem. XXXVI

Cūr totā significamus, a capite usq; ad calcem dicimus:

Cuius adagij triplex esse potest usus. Aut enim ad corpus refe-
retur, aut ad animum, aut ad rem, qui duo posteriores plus
obtinere uentusatis, nimirum quo plus habent figura. Ad cor-
pus, apud Homerum Iliados. †

Εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς, id est,
A capite usq; pedes. Item Theocritus in Bucolico:
καὶ μὴ δὲ τὰς κεφαλὰς περὶ τῶ ποδὲ συναχθεὶς ἴδεν.
id est, Me à capite usq; pedes lustrant lumine totum.

Plautus in Epidico, contempla Epidice ab unguiculo ad ca-
pillum summum. Horatius:

Talos à uertice pulcher ad imos.

M. Tullius pro Roscio Comedo: Nōme ipsum caput & su-
pericilia illa penitus abrasa, olere malitia, & clamitare calli-
ditatem uidentur: Nōme ab imis unguibus, usq; ad uerticem
summum, si quam coniecturam adferri hominibus, tacita cor-
poris figura, ex fraude, fallacijs, mendacijs, totus consistit
uidetur? Ad rem, ut apud Aristophanem in Pluto:

Ἀκτε τοῖων ὡς ἐγὼ τὰ πρῶτα ματα
ἐκ ἑνὸς ποδὸς ἕρπεν τῶν κεφαλῶν σοὶ πάντ' ἐξ ὅ. id est,
Audi ergo, quando totum ego negotium

A pedibus usq; tibi ad caput percenso.

Quantum hic Comicus ioci causa prepostere posuit pedes
& caput. Diuus Hieronymus in præfatione libri, quem diu-
inscribitur Hebræi: Contuli cum eo à uertice, ut auit, usque
ad extremum unguem. Ad animum hoc pacto poterit trans-
ferri: Ego tibi mores & ingenium illius, breuiter, hōnitiū quan-
tus est à summo, ut auit, capillo ad imum usq; calcaneū de-
pingam. Quantum exemplum M. Tullij, quod modo retu-
limus, magis ad animum, quam ad corpus uidetur pertinere.

Quintilian diuiditur adagium, cū caput negotij uocamus,
precipuum autorem, perinde ut & fontem dicimus. Teren-
tius: Te esse huic rei caput. Itē apud Græcos, τὸ κεφάλαιον
τοῦ πρῶτου. Lucianus, in tyrannicida: ἢ τρωενὶδ
κεφάλαιον, id est, tyrannidis caput. Et Plato libro de legi-
bus tertio: πῶς ἂν ἴδωμεν πικρὸν, dixit, id est, seditionū
fontem. Et ad calcem uenire. In calcē operis. In extremo lite-
rarum tuarum calcē. Ab ipso exordiri capite. A calcē ad ca-
put recurrere. Atq; id genus alia loquendi formulæ, quæ pas-
sim apud autores obuiæ sunt. Plutarchus aduersus Stoicos:
ἐκ τῶν ὀδῶν ὁ ἀρχὴς ἔρχεται κορυφῆ. id est, Ab ingressu
& initio usq; ad coronidem.

Curfulampada trado. XXXVII

Curfulampada trādere, pro uerbis metaphora, pro eo
quod est, partes tuas quasi successione in alium, atque alium
transfere. Lucretius:

Et quasi curesores uitæ lampada tradant.

De amantibus agit, que successione propagantur, uita per-
nices ab alijs in alia transmissa. M. Vero libro de rerum
tertio, capite decimoquinto. Sed ὁ Merula Axius noster, non
dum hoc audit, phisicam addidit, quod de fructu nihil dixi,
nunc curfulampada tibi trado. Quibus uerbis significat se
alteram sermonis partem Merula trādere, isq; in dicendi iu-
cem succedit. Lucretius uidetur imitatus Platonem, qui libro
de legibus sexto, scribit, cuius oportere liberis generandis,
atq; educandis operam dare, ut uita, quam ipsi à maioribus
accepissent, uicissim quasi tedam ardentem posteris tradant.
Eodem pertinet Persianum illud:

Qui prior es, cur me in decurfulampada poscis?

Aristophanes in nani:
λαμπάδα δὲ ἀπὸ τοῦ οἴου το φέρειν
τῆ ἀγνομασίας ἔτι νασι, id est,

Iam nemo queat gestare facem,

Quod non carant exereci.
Taxat ignauiam, atq; inertiam ciuim. Quo loco interpres
addit in tribus certaminibus, solere ueteres gestare facem, id
est, ut illi dicebat, λαμπάδα φέρειν in Prometheis, in Valca-
nijs, & Panathenais. Porro Prometheus creditur primus
hoc ludorum genus insituisse, hunc quidē ad modū, ut cur-
res facem ardentē gestarent. Eā defatigatus proximo in manū
dabat. Is item defessus alij, ac deinceps alius alij, successione
tradebant inimicem, historice Promethee quasi simulachrū re-
presentantes, quemadmodū ferulam qua celestem ignē exce-
perat, nerius usq; extingueretur, perpetuo motu iactatur, in ter-
ram deuolans. Huius rei mentionē facit Plato libro de Rep.
primo: significans daduchias etiā in honorē Mineræ solere
celebrari. Pausanias autem in Atticis, ritum horū ludorum
describit copiosius. Meminit & Herodotus, sed obiter in
Vrania, ostendens eū morem à Persijs repertum, ut dispositis
equis, atq; curforibus, alius alij mandata ueluti lampada tra-
derent, quo celerius perferri possent. Autor rhetorices ad He-
remium. Non enim quemadmodū in palestra, qui tedas ar-
dentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille, qui
tradit, ita melior imperator nouus, qui accipit exercitum,
quam ille qui discit. Propterea, quod defatigatus casu, in-
tegro facem, hic peritus imperator, imperito exercitum tra-
dit. Itaq; lampadē tradere dicitur, qui iam uel lassatus, uel
emeritus, in alios munus gerendum ab se transfert. Et imicē
lampada tradere, qui, quod ait Terentius, tradunt operas
mutuas, & alijs alij uicissim suppetias ferunt.

Principium dimidiū totius. XXXIX

Ἀρχὴ ἡ μισοὶ σωτῆρος, id est, Principiū dimidiū totius.
Hoc adagio significatū est, maximam difficultatis partem in
aggreduendo negotio sitam esse. Hemiichium est Hiciodi, ci-
tante Luciano in Hermotimo. Refertur & ab Aristotele li-
bro 5. politicorū: ἢ ὁ ἀρχὴ λέγει ἡ μισοὶ εἶναι σωτῆρος.
Plato libro de legibus sexto: ἀρχὴ ὅς λέγει μοὶ ἡ μισοὶ
σωτῆρος, ὅτι τὰς πρῶτας μίαιας ἔργου, καὶ τότε καλῶς ἄρα
ἐφαῖς πάντες ἐγκωμιάζομεν ἐκασοτε. τὸ δ' ἐστὶν περὶ ὧν
ἐμοῖς φρονεῖ πλεον ἢ τὸ ἡμισοὶ, οὐδὲ τις αὐτὸ καλῶς
ἡμῶν βουλομένη ἐγκωμιάζομεν ἰκανῶς, id est, Nā in prouer-
bijs quidē initiū totius facti dimidiū dicitur. Atq; illud nimirū
recte coepisse, oēs undiq; laudibus ferimus. At istud, ut mihi
quidē uidetur, plus est, quam dimidiū. Neq; qui quā hoc, ubi
recte sit, satis pro merito laudarit. Suidas hæc ex Marino
quodā refert: γέρονε ἢ ἡμῶν ἀρχὴ, οὐκ ἀρχὴ μόνου, οὐδὲ
ἢ τῶν ἀπομιμῶν ἡμισοὶ τοῦ σωτῆρος, αὐτὸ ἢ ἕλον τὸ πᾶρ,
id est, Fuit aut̄ nōnis initiū illud, nō tantū initiū, neq; uixta
prouerbium, dimidiū totius, sed ipsū in solidū totū. Ari-
stoteles item libro morum alium primo: Principium enim plus,
quam dimidiū totius esse uidetur. Horatius in epistolis:
Dimidiū facti, quā coepit, habet, sapere aude. Auisonius,
Incipe, dimidiū facti est coepisse, super sit

Dimidiū, rursūm hoc incipe, & efficies.

Plutarchus in libello, cui titulus, quo pacto sint audientiū poe-
tæ, citat ex Sophocle carmen hoc:
Ἔργα δὲ πάντα τοῦ ἄε ἀρχῆ καλῶς,
καὶ τὰς τελευτὰς εὐκλῆς ἐστὶ αὐτῶς ἔχου. id est,
Negocij cuiusq; si bene ex capis, Et finem item bonum fore, probabile est.

Satius est initijs mederi, quam fini. XL

Ἀρχῶν ἰδῶν πλὴν λόγου ἐπὶ τελευτῶν, id est,
Multo quam finem, medicari initia præstat.

Refertur

Refertur à Suida prouerbij loco.
 In eandem sententiam Theopogus,
 Πρωμακός δὲ λέγει φράμακα φρομάνορ,
 Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.

id est,

Similiter Persius Satyræ tertia,
 Elleborum frustra quum iam catus ægra tuncbit
 Poscentes uideas, nimenti occurrere morbo.

Atq; item Ouidius;

Sero medicinas paratur,

Cum mala perlongas inualere moras.

Admonet adagium, minore negotio tolli malū statim initio,
 cum adhuc recens est, quam posteaquam inueterauerit. Pueros
 à uitijis arceandos, dum adhuc tenera, ac tractabilis ætas:
 sarcinas protinus offensas, ne in simulatæ exolefcant. Mi
 nima uitanda mala, ex quibus maiora solent pullulare. Occa
 siones uitandas, que mali quippiam parituræ uideantur.

Serere ne dubites.

XLII

Rusticanum adagium, sed nõ indignū, quod in hoc uolu
 men refertur: Serere ne dubites. Quo monemur, ne quando
 pigeat eiusmodi rerū aliquid moliri, e quibus nihil omnino di
 spediū plurimū emolumentum possit proficisci, si nõ in presens,
 certe in posterum, si non nobis, at saltem posteris. Colamella
 libro de re rustica duodecimo: Quare uulgare illud de arborum
 positione, rusticis usurpat: Serere ne dubites. Nam ædi
 ficatio nonnunquam exhaerit fructus, negotiatio pendet à for
 tunis, neq; paucis male cõstit. Eundem ad modū, ex alijs aliud
 atq; aliud est, uel incommodi uel periculi, sed ex arboribus cõ
 serendis, plurimum capitur cõmoditatis, neq; magno tamen
 impendio constat. Eandem sententiam Vergilius, addita figu
 ra sic extulit, libro Georgicon secundo:

Et dubitanus adhuc serere, atq; impendere curam?

Talaria induere.

XLIII

Extat apud M. Tul. prouerbialis allegoria, talaria in
 ducere, pro eo, quod est fugam adornare, quasq; uelle quom
 amoliare. Sic enim scribit ad Atticum libro decimo quar
 to: Nemo est istorum qui ocian non timeat. Quare talaria
 induamus. Sumpsum ab Homero, quæ Merciarum auolatariū
 aliqū, frequenter adornat talaribus:
 Ἄντιον ἐπεὶ δὲ τὸ πῶσιον ἐδὲ ἴσθητο κατὰ πῶδός δὲ
 Ἀμφοτέρω ἔδυσσεα, τὰ μὲν φέρον ἰσθίον ἐφ' ἕρξιν,
 Ἡ δ' ἑστ' ἀποσπῶσα γέμει ἄμυα κωποῖα ἀνέμοιο. id est,
 Mox ubi iam pedibus talaria subdidit aurea,
 Pulchræq; et ambrosiam spirantia, que simul illam
 Aëra per liquidum, simul ampla per æquora uaste
 Telluris, rapidi comitantur flamma uenti Portabant.
 Quem Homeri locum Vergilius ueluti interpretans, in qua
 to Aeneidos:

Et primam, inquit, pedibus talaria neciūt
 Aurea, que sublimem alis, siue æquora supra
 Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Itaq; talaria induere dicemus eos, qui parat aufugere. Nam
 hoc ipsum auolare et reuolare, apud M. Tullium pro fuge
 re et redire frequens est.

Tricæ: apinæ.

XLIII

Tricæ et apinæ uulgo res fustiles, ac nugatorias dice
 bant. Martialis:

Quæcumq; lusi inuenis, et puer quondam,
 Apinæq; nostras. Idem alibi:
 Sunt apinæ, tricæq; et si quid nullus istis.

Vnde et tricari simili figura dicebant nugas agere. Cicero
 cum alijs, tum ad Atticum lib. xv. Tricari scilicet, ut homo

talis. Et rursus: Balbus, inquit, tricari. Adagium ab euentu
 natū. Nā Tricam et Apinā oppida fuisse quodā Apulie, de
 monstrat Plinius lib. naturalis hist. iij. cap. xi. refertur Eitopæ
 sius: Diomedes, inquit, ubi delent que Monadorū, Dardo
 rianq; et urbes duas, que in prouerbij ludicri uertere, Api
 nan et Tricā. Stephanus ostendit Tricā uerbè fuisse Thes
 salie, sortita id nomen à Trica Penei fluis. Nonius Marce
 lus tricæ impedimenta et implicationes interpretatur, uer
 bō τριζώνη, id est, à pilis, quibus inuoluntur pulli gallina
 cæi. Vnde dictum sit extricare et intricare. Lucilius apud cū
 dem tricones appellat, qui nugis hominū remouētur. Et trici
 nus que sius, pro tarso seu sicco: Et uero tricæ Atticæ
 nugas impediuissimas. Equidē nõ negauerim in uoce allusum
 ad pilos. Ceterum ab oppido ductum prouerbū uero propius
 est. Plinius lib. octauo cap. xlvij. ostendit omnes laudari solitis
 breuitate crari, et uentris uelutis, quibus si nudus esset, eas
 apicæ appellauit, eue riuiculis damnat atq;.

Coryceus aufcultauit.

XLIIII

Κορυκαὶ ἀκούζετε, id est, Coryceus aufcultauit.
 Vbi quis id quod agit, conatus dissimulare, tamen à curiosis
 deprehenditur. Vnde natum sit adagū, id partim ex Strabo
 ne, partim ex Zenodoto ascribit. Corycus mons est Pam
 phylie præcelsus, ac portuosus atq; ob id piratarum insidijs
 opportunus, quos ab eo monte Coryceos uocabant. Hinc nõ
 insidiandi rationē excogitant. Siquidē dispersi per portus
 Coryci montis, mescabant sese negotiatoribus, ut quicq; forte
 appulerant, subaufcultantes, et quid rerū portaret, et quò
 nauigare destinasset, deniq; quo tēpore decreuissent solu
 re. Que simul atq; cognouerant, renunciabant piratis cum
 quibus societatem maritimorū latrociniorū exercebāt. Atq;
 ita per occasione simul adorti, nauigantes spolabant. Que
 res ubi mercatoribus esset comperita, pleraq; occultabant ac
 dissimulabant, insidiarū metu. Sed cū ne sic quidem laterent,
 subodorantibus omnia Coryceis, res in prouerbium abiit,
 τὸ τὸ κορυκαὶ ἀκούζετε, id est, Hinc Coryceus aufcul
 tauit. De re uehemētē dissimulata, deprehensa tamen. Suidas
 ait, Corycon Pamphylie promontorium esse, cui subiecta sit
 urbs Atalea. Eius urbis ciues, ne uexarentur ipsi à prædona
 bus, qui sese in promontorijs arcē receperant, per alios por
 tus dissipati subaufcultabant, quum appuissent, et quo ten
 derent, eaq; prædonibus renunciabant. Idē ex Ephoro refert,
 Coryceos conuenas quospiā fuisse, qui cõdidierint oppidulū
 sub cacumine Coryci in mare propeclant, finitimos Myo
 nessor: Hos solitos sese negotiatoribus in aduicem
 admiscere, quasi negotiatores redimebat, que Græci λήζα
 uocant, cum Coryceis parientes. Stephanus tradit Cory
 cum montem esse altissimū, finitimum Teo Ionie oppido,
 cui subiectus sit eusdem nominis portus. Quo loco meminit
 et de piratarum insidijs et prouerbio. Inducunt et comici
 dem quempiam Coryceam exaudientem, atq; aufcultantē,
 que gerantur, sicuti Menander in enchiridio, Dexippus in
 thesuro, apud Suidam. Vnde pat hoc adagū M. Tullius li
 bro ad Atticum decimo epistola ultima: Itaq; posthac non
 scribam ad te, quid facturus sim, sed quid fecerim. Omnes κο
 ρυκαὶ uidentur subaufcultare que loquor.

Fortes fortuna adiuvat.

XLV

Cicero Tuscul. que sit. libro secundo: Fortes enim, non modo
 fortuna adiuvat, nec est in ueteri prouerbio, sed multo magis
 ratio.

ratio, Citatur abibi ex Ennio, V si optatur in Aeneide Maro-
nis, Atq; adeo passim ab omnibus, Ouidius fastorum lib. 2.

Audentes forsq; deusq; inuadit. Idem allusit:

Audaces adiuuat ipsa Venus.

Rursus T. Linius belli Macedonicis lib. iij. fortis fortunam
adiuare aiebant. Admonet adagium fortiter periclitandam
esse fortunā. Nā his plurimq; res prospere cedere. Propterea
qd' id genus hominibus fortuna quasi faucit, isfusa ijs, q' nihil
audēt expectāri, sed ueluti coactae perpetuo laetē intra testas.

Currentem incitare. XLVI

Τὸν τρέχοντα ὀρώσῃ, id est, Currentem incitare, est
adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte sponte tēdit.
Atq; hac figura mitigamus, uel praecludimus magis, offen-
sam admonitionis, Cicero ad Caelium; Vt Caelarem in Italia
niderem, sic enim arbitrabamur, cuius multo honestissimus
uiris consueratis, ad pacem currentem, ut aiunt, incitarem.
Idem ad Qu. fratrem libro secundo: Quare facis tu quidē fra-
terne, quod me hortaris. Sed merberce, currentem nunc qui-
dem, Rursus ad Atticum: Quod me hortaris ut eos dies con-
sumam in philosophia explicanda; currentē tu quidem. Idem
in Oratore: Facilius enim est, currentē, quod aiunt, incitare,
quam cōmouere languentē. Plinius ad Cannū: Scio te stimulus
nō egere, me tamē tui charitas excoali, ut currentē quoq; in-
stigēs. Dulcia est metaphora ab his, qui cursu certant, quibus accla-
matio folet addere uelocitatē. Lucianus ex Home. citat ad Ni-
grinū: Ζεύς σε ἔρα δέ, τρωτο τάχιστα ἢ τ' ὀπίσσω αἰὲν δ' οὐρα
ἢ αὐτοῦ πτεροκαλῶς, id est, Bono es animo, quandoquidē iux-
ta Homericum illud, hortaris eum, qui ipse sua sponte pro-
peret. Extat autem Iliados θ.

Ἄβινδ' αὖ κ' ἵκ' ἐτι, τί με αὐαῖδ' οὐρα Ἐὐαῖδ' Ὀδύσεύς, id est,
Quid me sponte mea properantē maxime Atrida Extimulās?

Eodem allusit Odyseea ω.

Ως εἴποιτο ὤψωνε πρῶτον μεμαρῆσαι ἐδιδίχλυ, id est,
Iamdudū promptā, ac cupientē, his Pallada dicitis. Excitat.
Itaq; currentem incitamus, cum ad id uocamus aliquem, ad
quod suapte cupiditate fertur, ac propendit. Quemadmodū
mementur Dion, T imotheum cantorem quempiam, quā qua-
dam cantione, quae Palladis uocatur Alexandri Magni anti-
num repente ad belli cupiditatem incitare solitum. Atq; inci-
tabat ille quidē, sed sponte currentem, ut pote natura sangui-
narium et belli stititissimū. Alioquā Sardanapalum illum
τοὐλοσθῶν, id est, mollissimum, iustisem modis haud unquam
cōmouisset. Tereñius in Andria torfit in malā partē, omnia
metaphora: Age si hic non insanit satis sua sponte, instigat.

Calcarea addere currenti. XLVII

Eandem sententiam aliunde ducta metaphora, extulit Pli-
nius iunior in epistola quadam ad Pompeium Satorninū: Fla-
gitabas, ut tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cum ego
id ipsum destinassetem. Addidisti ergo calcarea sponte currenti-
ti, Trāslatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam
sponte currentibus equis, quo currunt celerius, calcarea addūt.
Ita nobis calcarea addit, qui extimulāt languentes: addit curren-
tibus, qui cupiditate ac studiū nostrū auget, acuitq; Ouid.

Non opus admissio subdere calcarea equo.

Sunt autem formē proverbiales in totum ille metaphora:
Subdere calcarea, subdere stimulos, quemadmodum et illa:
Iniicere frenum, compescere freno, reuocare freno. M. Tuli-
us ad Atticum: Adscribit etiam et quasi calcarea admouet.
Idem ad eundem libro sexto: Sed alter, ut dixit Iocrates in
Ephoro. et Theopompo, frenis eget, alter calcaribus. Pla-
to libro de legibus nono: ἄριστ' ὡ καλῶν ἅξι' ὁρῶν ἡ μέ-

ῶσιον φρὸς ὁμοιον ἀν' ἁκευθῆς ἀνέψερες, id est, Op-
portune me Clinia, impetu currentem reuocasti, Et illud Cice-
ronis: E medio cursu reuocant.

In triuio sum.

XLVIII

Ἐν τριῳδῳ ἐμί λονγομῶν, id est, In triuio sum con-
siliij. In eos qui, dubitant, quibus incerti sunt animi, hesi-
tantes quid potissimum eligant. T. translatum ab ijs, qui faci-
licant iter, et si quando triuium occurrit, adducunt qua-
uiam oportet ingredi. Nam uiam pro ratione consilij fre-
quenter apud Graecos auctores reperies, ut apud Euripidem
in Heccuba: σὺν δ' ὅρῳ βεβλημένωτων, id est, Tuorum
uiam cōsultorū. Theognis, ἔν τριῳδῳ ἔσηκας, id est,
in triuio confisito. Alludū hic et Plato libro de legibus septi-
mo: uictas ne si quare admiraanda, atq; iustitā occur-
rit, protinus ad eam amplectendam accoramus, sed per uide
quasi ad triuium aliquid uenerimus, ignari ui. consilia-
mus, neq; ante pergamus, quam per resigati sit, quod quies-
ducat uia, κατ' ἐπιση, inquit, ἔν τριῳδῳ ἡρώ μουθω.

Bis, ac ter, quod pulchrum est. XLIX

Δὶς καὶ τριῖς καλόρ. id est, iterum ac tertio, quod
pulchrum est, subaudit, dicendum est. V si optatur ad Platone
cum alijs in locis, tum in Philebo, et uel πρόσθετον ἐμι-
δουμῶν, ἐν τῇ πρῶτῃ ἀπολογία Δωκῆς ἔχον, et dicitur ἔτι
τοῦ καλῶς ἔχον ἐπανακαθῆμ' ὑπὸ λόγῳ δ' εἶναι, id est,
De quibus et ante meminimus. Iterum bene uidetur pro-
uerbio dictum, quod egregium sit, id iterum ac tertio in se-
rone repeti oportere. Idem in Gorgia: καὶ δι' εἰ γὰρ τοῖ
ἐῖσι φασὶ καλόρ εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε καὶ ἐπι-
σκοπεῖν, id est, Atqui pulchrum aui ē ea quae pulchra sunt
iterum ac tertio tum dicere, tum cōsiderare. Rursus libro
de legibus sexto: λέγῳ δὲ κατὰ τῆς εἰς ποτὶ δ' ἡ δ' εἰς γούρ
τοῦ καλόρ ἔξειν οὐδὲν ἑλαττῆς, id est: Dico autem
quemadmodum modo dicebam. Nam nihil ledit, quod pul-
chrum sit bis dicere. Lucianus in diaphadibus citans eundem
Platone, κἀρθ, inquit, οὐδ' ἑῖς ἑ καλῶν, id est, Nulla se-
tietas rerum honestarum. Omnino ea usi inest rebus egre-
gijs, ut quo sepius, ac pressius iustificiantur, hoc magis, ac
magis placeant, ut ait Horatius:

Quae si propius stes

Te capiet magis, ac decies repetita placebit.

Contra, quae siccata sint, aut uulgaria, nonnunquam initio
ardent nouitate ipsa, mox repetita sorescunt. Quemadmo-
dum Plinius meminit de syluestri quodam poni genere, quod
uenedonem uocant, propterea quod unum tantum eū possit.
Est enim in bonorum, ut ait, atq; hinc noninis ratio.

Fratrum inter fe ira sunt acerbissima. L

Si quādo simulas inciderit inter fratres, ea selet esse atro-
cior, quam uulgariam inimicorum. Suppetunt abunde multa
ex historicis exempla: Cain et Abel; Romuli et Remi; Iaco-
b et Esau. Antonini Severi imperatoris filij in Getā odiū,
isq; adeo seuum ac pertinax fuit, ut ne morte quidem illius
atrocissima potuerit saturari, quan et in omnes illius amicos
saturet. Quae de re scriuo adagū, idq; cōmemorator ab Ari-
stotele libro Politicorū septimo, τὰς οἰεῖς γὰρ ἀφελικιότα
ἀδρ τῶν ἀδελφῶν ὑπὸ λαμβάνουσι, τὸς ἐπὶ τοῖς ἐλλοθεῖς, ἢ
ταῦτες ἀποστροφῶν νόμιμισσιν, ἄνδρ ἐξήγη καλοσκι γὰ
τοὐλε μοὶ ἀλλ' ἄθων, Ἐ οὖν τὸς ἐξήγη τὸς οὐδὲ ἢ τὸς ἄ
μισσοσιν, id est, A quibus, inquit, debet beneficiū exstimulāti,
ab ijsdē nō solū fraudari beneficio, sed insuper ladi se putant.
Vnde proverbio dicitur, acerbā enim bella fratru. Et qui fra-
tra modū amant, ijsdē et supra modū oderūt. Hadenus Aristoteles,

stoteles. Hinc respexit Euripides in Iphigenia Aulidenſi:

Δεινὸν κασιγνήτους γιγνέσθαι λόγους
μάχασθ' ὅταν ποτ' ἐμπέσωσι μίς ἐς μί. id est,

Res diræ verbis inimicè dicæ carer

Dicitisq; fratres dimicare mutuis.

Si quando lis incidit aut contentio.

Taurum tollet, qui vitulum sustulerit. L I

Adagium in fornice natum, uti videtur, sed quod ad usum uerecundiorum commode torqueri possit, si quando significat binus maior a peccatorum adultum, qui puer utrius minoribus affuerit. Extat in fragmentis Arbitri Petronij, his quidem uerbis: Obstupu ego, et nec Gitonem uerecundissimum puerum sufficere huic petulantie affirmavi, nec puellam eius ætatis esse, ut mulieris patientia legē posui accipere. Itaq; inquit Quartilla, minor est, quam ego sum, cum uirum passa sum: in unone meam iratam habeam, si me inquam meminerim uirginem fuisse. Nam in finis cum paribus inquinata sum, et subinde prodeuntibus amnis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam puto natum pro uerbum illud, ut posse dicatur taurum tollere, qui vitulum sustulit. Non absurdum uidetur adagium, ad Milonis Crotoniatæ factum referri, qui quotidie uitulum aliquot stadiis gestare solitus, cuiusdam taurum factum, citra negocium gestasse legitur. Atq; in quadrabit in eos, qui paulatim rebus etiam maximis assuescunt.

Uiuorum oportet meminisse. L I I

Uiuorum meminisse oportet. Vetus adagium in eos, qui plurimum de uita defunctis loquuntur, id quod uulgo putant omnino sum, mortuos in ore habere, quos uelut citatos in sermone adducere. Vnde et M. V. Arrio libro de lingua Latina tertio, putat lethum, ἄωδ' ἄλωδης, id est, obliuione dictum, quasi in obliuione abire conueniat, qui uita excesserit: atq; in funeribus sic quondam à præcone dici solere: Ollus letho datus est. Refertur adagium à Cicrone lib. quinto de finibus bonorum et malorum. Vbi cum Piso, deinde Q. Cicero dixisset, se uebementer commemorari recollectione clarorum uiuorum, ex contemplatione loorum in quibus aliquando uiu uersati fuissent, et utiq; recessisset, quorum memoria potissimum delectaretur: tum Pomponius Atticus quasi iocans: At ego, inquit, quem nos ut deitum Epicuro, insectari solentis, sum multum equidē cum Phædro, quem uicē diligo, ut scitis, in Epicuri hortis, quos modo præteribamus, sed ueteris proserbij admonitio, uiuorum meminī: nec tamen Epicuri licet obliuisci, si cupiam, cuius imaginem non modo in tabulis, nostri familiarē, sed etiam in poculis et audis habent. Hactenus Cicero. Plautus item in Truculento: Dum uiuāt, hominē mōneris: dum mortuus est, quiescas. At mnc uulgus ne beneficium quidem amicorum meminit, quam Thæletis dictum iure celebratur, oportere non minus absentium amicorum quam presentium memores esse.

Cum laruis luctari. L I I I

Cum laruis luctari, dicuntur ij, qui uitæ defunctos insectantur maledictis, quare nihil esse potest indignius ingenio uiro. Suidas Aristophanem citat, qui scripsit:

Παύε πῶν δ' ὀδύων ἐς μί
νεκρῶν γὰρ ὄντα τὸ κλέωβ' ἔλον ὄρα. id est,

Desine desine hęc Mercuri, mortuo enim Cleoni comiciatus est. Lucianus in scitis, ἔπι μωρῶσι πρὸς ἡμῶς ἄωδ' ὄντος, id est: Vmbriaticè pugnant aduersus uos absentes pugnant. Sentit autem de mortuis et absentibus. Meminit huius Plinius in præfatione historie mundi, ad hunc modum:

Nec Plancus illepidus, qui cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso, aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respicere possent: Cum mortuus non nisi laruis luctari. Quo dicto sic repercusit illos, ut apud eruditos nihil impudentius uideretur. Aristoteles in rhetoricis citat Platonem ex politia, qui scripserit eos, qui mortuos allatarent, iuderi similes catellis, quæ lapides lactos mordere, ipsos quæ læsissent non attingerent.

Iugulare mortuos. L I I I I

Hinc simile uidetur iugulare mortuos, pro eo quod est, insectari defunctos, et pugnare cum ijs, qui iam extincti sunt. Translatum à bellis, in quibus ignaui ac ridiculum sit, prostratos atq; interfectos iugulare. Rursus cum uisus cogredat, forte. Refertur à Lærtio in Menecemo. Is Bionem, cum diu nos studiosè insectaretur, ait iugulare mortuos, nimorum iam explosos, et omnium sententia reprobatos. Aristoph. ἐν βενεσίῳ scripsit, τοῦ δεινικῶτος ἄποκλιτεψῶ, id est, Defunctos occidere. Fied lepidior metaphoræ, si paulo longius detorqueatur. Vt si quis dicat eum iugulare mortuos, qui libri impugnet, à nullo non damnatur: aut dispartit aduersus sententiam, omnium suffragijs tam olim reiectam: aut si quis inuipret rem omnibus per se detestatam.

Cyanea cantio. L V

Κυανῶν ἔσμαζ, id est, Cyanea cætilena. Refertur inter Græcica prouerbia. Notatur et ab Aeliano in opere de naturis animalium, pro uerbis iuce. Cõuenit in eos, qui supremo uite tempore facundè differant, aut extrema senectæ suauiloquentius scribunt, id quod serè solet accidere scriptoribus, ut postrema quæq; minime sint acerba, maximeq; mellita, uel delict per ætatem maturosciente eloquentia. Porro cygnos instante morte mirandos quosdam cantus edere, tam omnium literis est celebratum, quam nulli uel incomperum, uel creditum. Nam Lucianus negat se uel uidisse cygnos, cum in Pado flumine nauigaret. Aelianus addit cygnos non canere, nisi flate æephyro uento, quem Latini fauonium dicunt. Martialis: Dulcisa defunctæ modulatur carmina lingua,

Cantator cygnus funeris ipse sua.

Neq; defuncti philosophi, qui huius rei causam etiam reddere conantur, affirmantq; ad accidere, propter spiritus per collū procerum, et angulum erumpere laborantis. Dinus Hieronymus in quodam laudans senilem eloquentiam, commemoratis aliquot scriptoribus: Hi omnes, inquit, nescio quid cygneum uacina morte occinerūt. Athenæ in epinaphio Nepotiani: Vbi est ille ἐς γοδ' ἰσῶκος noster, et cygneo canere uox dulcor. Nos item in epigrammate quodam, quod olim ex tempore luscimus, ad inuquam fati Laceratorum Iudicorum omnium Meccornatem, Gulelbum archiepiscopum Cantuariensem:

Adeo uidebis exoriri candidos

Adeo canoros, atq; uocales, uti

In alia fundant astra cygneum melos.

Quod ipsa et ætas posterior exaudiat.

Meminit adagij et Aelianus libro dipnoso. xiiij. ex autore Chrysippo: referēs quendā adeo impēse delectatū fuisse dictē rīs, ut cū esset à carmine trucidandus, dixerit se uelle mori, de cantata cygneæ cantio: senties, opinor, dictū aliquod falsum, quod simul atq; proloquutus esset, non contentus emori.

Nestora eloquentia. L V I

Consimilē ad modum Nestoris Pylorum ducis factitia in prouerbium abiit, si quando senilem iuuuiloquentiam significamus. Nā huic Homerus, ut tria secula, ius plus quā melle tam quandam sciendiam affingit. Sic enim ait in Iliados α.

Τοῖσι δὲ νέεσσι ἠδὲ νεότητι ἀνὸς ἐστὶ λικύς ἀπὸ τῆς ἀσπυρίας, τὸ ὄσπερ γλώσσης μέλιτος γλυκίωσι ἕξαι αὐτῶν. id est: Post hos assurgit Pylus dux ille disertus

Nestor, cuius ab ore fuit vox melle liquenti Dulcor: Quem locum imitans Theocritus, autore Plutarcho, scripsit in Bucolicis:

Οὐνεκέσσι οἱ γλυκίω μύσσην ἤϊσ' ὀματ' ὄσπερ νέεσσι, id est, Propertea, quod in ossi prædilectæ camenta. Insudat nectar, Huc spectat et Horatianum illud:

Fidis enim manare poetica mella Teolum.

Lepos Atticus: Eloquentia Attica. LVII

Inter reliquos Græciæ populos, lepos quidam, et festiuitas quasi uernacula ac peculiaris adeest Atticis, adeo, ut et in proverbium abiierit: Atticus lepos: Attica eloquentia, pro summa. Terentius in Eunuchis: Dixi in hoc Atticum esse eloquentiam: Cum insulsam atq; inuenustum militem videret. Dinius Hieronymus ad Pamaechium, Iouinianum, ut opinor, irridens: Hec, inquit, Platina eloquentia; hic lepos Atticus, et Musarum, ut dicitur eloquio comparandus. Quamquam illud de musarum eloquio ad M. Varronis elogium de Plauto celebratum respicit, qui dixit, Musas ipsas, si Latine loqui uoluissent, Platino ore fuisse locturas. Huc allusit et Lucianus in libello de mercede seruientibus: καὶ εἰς ὁλοκλήσια πρὸς τὴν ὄσπερ, αὐτὸ τὸ φησὶ τῆς ἡλικίας τῶν ἡμετέρων. id est, Quod si quando quid etiam rusticæ dixerint, hoc ipsum mere Atticum, atq; ab Hymetto profectum uideri uoluit. Est autem Hymettus mons Atticæ, melificus nobilis. Vnde et mel Atticum, et Hymettia mella. Quæ præcipua fuisse testatur et Martialis in Xenijis:

Hoc tibi Thebes populatrix misit Hymetti Pallada; sylvis nobile necesse, apis.

Mandrabuli more res succedit; LVIII

Ἐστὶ μὲν δροβόλος χωρὶς τὸ πρῶτον, id est, Res Mandrabuli ordine succedit, hoc est, indies in peius labitur. Inde natum, quod Mandrabulus quidam cum thesauri reperisset, primum auream ouem posuit Iunoni Saniæ, proximo anno argenteam, tertio æream. Lucianus de mercede seruientibus: Ἀλλὰ χαίρετε γὰρ, καὶ ἡσυχίαν ἔχετε, καὶ εὐχάριστα ἔσσι τὰ μέλλοντα βελτίω γενήσεσθαι νομίσεις, τὸ δὲ ἐμπαιρῶν ἢ τὸ ἡλικίωσας, γίνεσθαι, ὅς ἂν ἡγεμονία φησιν, ἐπὶ μὲν δροβόλου χωρὶς τὸ πρῶτον, καὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων, ἡμετέρας ἐποσμί, κερυνόμυρον, καὶ εἰς τὸ πῶς ἀνασπῶν ἴσθη, id est, Tu tamen utcumq; gaudeas tibi; ipsi imponis, semperq; credis meliora futura, que sequentur: atq; id contra, quam speras, euenit, planeq; iuxta proverbium, ad morem Mandrabuli tibi negotiū procedit, dum in singulos, ut ita dixerim, dies fit minus ac deterius, atq; in terga retrocedit. Alciphro in epistola quadā: καὶ ἡλικίωσας ἡλικίωσας ἐστὶ τὰ μὲν ἔσσι ἔσσι χωρὶς τὰ πρῶτα γὰρ, id est, iuxtaq; proverbium, ad exemplum Mandrabulis succedit. Nō in tepestiuitur itaq; dicitur in eos, qui i deterius abeūt. Quæ admodū Menedemus apud Plutarchū, per multos Athenas uenire studij causa: principio sapientes, deinde philosophos, postea rhetoras, postremo idiotas euadere. Nec alienū fuerit hic nobilitē illā Platonis sententiā adscribere, ex libro de legibus primo: τὸ νικῶν αὐτῶν αὐτῶν πῶς ἂν νικῶν πρῶτον τὸ ἄριστον, τὸ δὲ ἡλικίωσας ἐστὶ μὲν εὐαυτὸ πᾶν τῶν ἀριστῶν τὸ ἔμμελον, id est, si quis ipse seipsum uincat, omnium uictoriorū tuum prima, rum optima est. Rursum ipsum seipso inferiorē esse, omnium et turpissimū est, et gradissimū. Vincit enī seipsum, qui proficit in melius; at seipso inferiorē euadere, est deteriorē reddi.

Mature fias senex. LX

Mature fias senex, si diu uelis esse senex. Latinorum proverbium, quo monetur, ut integro adhibe etate desistamus à laboribus inueniilibus, ac ualentibus curam agere incipiamus, si uelimus esse iuuaei, ac diutius senectæ. Nā senectus fors, ocium et quies. Vt patet à Catone maiore apud Cicero nem: Neque enim, inquit, inquam assensus sum ueteri illi, Iudatog; proberio, quod monet mature fieri senem, si diu senex esse uelis. Hoc quamquam Catoni non probatur homini dūro, quiq; sibi nec extrema senectæ remittendis laboribus indulserit, tamen audiendum nobis, maxime si de uitij ueniente sentiam, puta libidine, bibacitate, turbulentiā uite: que nisi quis mature reliquerit, aut nunquam perueniet ad senectam, aut breuem habiturus est senectam.

Senis doctor. LX

Ἐστὶν δὲ ἰδὸν καὶ ἰδὸν, id est, Senis doctor. Citarur septicule titulus hic à Nonio Marcello, inter titulos fibularum Varronis, quem dubium non est proverbiale esse, sicuti sunt alij perique. Conuenit in eum, qui in re sera atque intempesstua frustra sumit operam. Siquidem ut est ueniente ociosis, atque in queruis habitum sequax, ita senectæ intradabilis, tarda, atque obliuiosa. Promisæ Theogonis: μή μὲν ἰδὸν καὶ ἰδὸν τὰ λικύα ἐπι μὲν καὶ μὲν. id est, Ne doceas, me etas iam facit indocilem.

Euripides in Bacchis:

Ἐξέω γέγοντα πρὸς ἀργυρίω δὲ γέω. id est, Senem senex et ipse te erudiret.

Atq; hic quidem uersus inuentus est in Sophoclis Philolectæ, quem celebrem ac proverbiale fuisse, testatur Gellius libro noctium decimotertio. Varro titulum suum sumpsisse uidetur ex Euthydemo Platonis, ubi Socrates narrat à Commoni proceptorē suum, à quo senex scidibus canere didicit, ludibrii causa à pueris uocatum fuisse γέγοντο ἰδὸν καὶ ἰδὸν. Ad hanc sententiā pertinet, quod dixisse ferūt Diogenes: Νεώτερον ἰατρῶν καὶ ἡλικίωσας ἡλικίωσας τῶν τῶν αἰώνων, id est, Mortuo mederi, et senem admonere, idem esse. Quamquam inutilis est sententiā, que senes deturret à discendis ijs, que nescire turpe est.

Senis mutare linguam. LXI

Cum ad omnem disciplinam tardior est senectus, tum positissimum ad discendam linguam, que scilicet maxime pueris à natura data est. Quapropter etiam uulgo cōpertissimum, pueros facile quamuis exprimeret linguam: contra natu grandiores, aut non asssequi, aut parum feliciter imitari. Inde proverbium, senis mutare linguam, de frustra atq; inueniente laborantibus. Dinius Hieronymus pro eloquijs in quatuor Epistola: Pius, inquit, labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris, ipsum ad omnibus iudicandum, senis mutare linguam, et canescentem nundum ad initia retrahere paraturo nam. Quo significatur adultam etatem ad omnia minus esse tractabilem, quam rudes illos ac teneros annos. Id quod eleganti metaphorā dictum est à Nasone:

Que præbet latas arbor spaciantis umbras,

Quo posita est primum tempore uirga fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure recelli,

Nunc stat in immensum uiribus aucta suis.

Quare tunc formandi mores, cum mollis adhuc etas: tunc optimis assuefcendū, cum ad quindus certum est ingenium. Nam postea quam annus iam ceu dirigit animus, et uix dediscimus, que perperam didicimus: et que nescimus, nō sine maximo negotio nobis inculcantur. Neque hæc dixerim, aut adultiores à discendo deterrcam, cum nulla sit etas ad discendum serua,

dum fera, sed ut pueros ad discendi studium acuat. Ne hoc quidem pretermittendum, quantum vulgo iactatum: Senex pfitatus negligit ferulam. Adagij sensus tunc si per se non est obcurus, tamen magis liquebit ex Apulei uerbis, quae sunt in libro Floridorum secundo de pfitato: Que rusticum nostrum sermone cogitur emulari: ferrea clauicula caput indidit, imperium magistrum ut persentificat. Haec ferula discenti est. Disceat autem statim pullus, usque ad duos etatis suae annos, dum facile os, uti conformetur: cum tensa lingua, uti combretur. Senex autem captus, et indocilis est, et obliuiscus. Haecenus Apuleius. Indicat et Plinius libro decimo, capite quadragesimo secundo, miram esse docilitatem huic aui, uerum non nisi primis duobus uitae annis. His sententiam, quod ualgo quidem, attamen haudquaquam ineleganter dicitur: Serum esse canes uetulos loris assuecere.

Casus cascam ducit.

LXII

Neque longe hinc distat illud, quod Varro refert libro de lingua Latina tertio: Casus cascam ducit, quoties similis similem delectat, uetulus uetulam, deformis deformem, barbarum barbarum, improbus improbum. Nam antiquitus cascam dicebatur, quod nos uetus appellamus: idque, ut autor est idem Varro, lingua Sabinorum, quae in Oscaumque linguam radices egerit, quae Casnar senex dicitur, eosque Ennium, ut Oscae linguae peritum scripsisset:

Quam primum casci populi genere Latini. Cascos Latinos pricos appellat. M. Tullius tuscularum quaestionum libro primo: Itaque unum illud erat institum prius illis, quos appellat cascos Ennius. Citat autem Varro adagium, tanquam à Manilio quodam profectum, qui dixerit non esse mirum, si cascum casca duxisset, quoniam is cascorum faciebat nuptias. Videtur esse iocus in animum uetulo nuptiam, allusumque: ad uocem casci, perinde quasi deducatur à canedo. Refertur ibidem epigramma Papinii cuiusdam, quod scripsit in adulescentem nomine Cascam:

Ridiculum est cum te Cascam tua casca dicit. Opinor adulescentem duxisse uetulam, proinde absurdum uideri, quoties casca, id est uetula, maritum iuuenem ueluti suo ipseri nomine Cascam uocaret. Fortasse pro uerbi iocus ad priscum nuptiarum morem spectat, quem refert Plutarchus in problematis, Qui aducebant sponsam in domum sponsi, iubebant his uerbis alloqui, Vbi tu Caius, ego Caia.

Δις διὰ πωσῶν.

LXIII

Δις διὰ πωσῶν, id est Bis per omnia. Hoc prouerbio discernen ingens ac longissimum interuallum significabant. Unde quae pugnantissima inter sese uiderentur, totoque distabant. Licet enim ea Δις διὰ πωσῶν inter se discrepare dicebant. Licet enim in libro de conscribenda historia: καὶ τὸ ἤμισικῶν δὴ ἤτο, Δις διὰ πωσῶν δὴ τῶς ἄλλοις. hoc est, Denique iuxta musicorum prouerbum, Δις διὰ πωσῶν interuallum sese mutuo respiciunt. Idem in Apologia: Ἀλλὰ μοι ἐκείνο ἐννόησον, ὡς πάμπαν τὰ παλαιὰ διαφέρει, ἐξ οὐκίαν ἄνω πάλσιος ὑπὸ μίσητον ἤραδὴν τὰ δὲ αὐτῶν, Ὁ ἀρχαῖοι τὰ ὄσα μοι φησι τὸ βιβλίον, ἢ δὴ μοι εἰς τῆς ἀπορίας ἢ τῶν κοινῶν, καὶ ἐξ ἀλλήλων πολιτευόμενον, ἐπὶ τῶν παρὰ βασίλειος μισθοφορῶν, διὰ δὲ τῶν δὴ Ὁ δὲ κατὰ βίβλιν ἐκείτων, σκοπεῖ, τὴν φασαγίαν τῶν ἤμισικῶν δὴ τῶν διὰ διὰ πωσῶν τὸ πᾶν γὰρ, Ὁ πῶστων ἐνοικίτης ἄλλοις τῶς βίβλιν, ὅσον μέλιτος ἀγρῶν καὶ χυλῶς χυσῶν, καὶ ἀνεμῶν ἐξ ὅρων, Ὁ ἀπὸ πῶστων πικρῶς, μισθὸς δὲ γούρ δὴ κῶκξ, κῶνταῦθα καὶ τὸ ὑπὲρ ἄλλων τῶν ἐξ ὅρων, τὸ

πᾶν γὰρ πᾶν πῶστων ἔχει τὸ διαφέρει ἰσὺν, id est, Quin illud mihi iam considera, quam maximo haec inter se differunt distare, uidelicet in opulenti cuiusdam edes adferunt, feruere seruitute, et ea omnia perferre, quae libellus ille uetus commemorat, et publice populi negotium gerentem, ac pro uirili tempore adiuuantiem, hoc nomine ab imperatore salarium accipere. Age perpende haec, et utriusque per se, primumque contemplare. Reperies nimirum iuxta illud musicorum prouerbum, Δις διὰ πωσῶν negotio discernen inesse. Et haec duas uita rationes tantum inter se conuenire, quantum affinitatis est plūbo cum argento, ari cum auro, amonem cum rosa, homini cum simia. Nam merces quidem accipitur et illic, quemamodum hic quoque, et utrobique contingit alij subiectus pareas. Ceterum ipseu negotij non mediocriter est dissimilitudo, Haecenus Licetanus. Adagium, ut est etiam indicat ut, ex arte musica mutuo sumptum est. Nam Macrobius commentario in somnium Scipionis secundo, quāque species harmoniarum commemorat: διὰ πωσῶν, Δις πῶν τε, Δις διὰ πωσῶν. Ex compositis harmonijs διὰ πωσῶν, et διὰ πῶν τε, constituitur Δις πωσῶν, cui nominis hoc inditū est, quod absolute reddit symphoniam, ut mihi uideatur haec etiam illud respicere prouerbiū, quod alio loco commemorabimus, Ἐπὶ ὀκτώ. Similiter Plutarchus, et quāquam ueterum, ut apud Graecos, uel apud Latinos de musica disciplina conscripserunt, Harmoniarum metā figunt in ea, quae uocatur Δις διὰ πωσῶν. Boetius item libro de musica primo, tradit antiquitus harmonicam rationē, heptachordo duntaxat constituisse, hoc est, fidibus septem, quarum una uocata dicebatur, crema uita. Deinde alias chordas, adiacentibus alijs, ita summat uocum numerus, ut ad duplicatū heptachordum perueniret. Atque hic progrediendi finis futurus uideatur, nisi quod ipsa symphoniarum ratio μέλιτος illam, que in heptachordo locū nomini congruentem obtinuerat, et utroque ad extremam relata chordam, harmoniam Δις πωσῶν edebat, desiderata re uideretur. Haec igitur adiecta, et in suum immissa locum, ad quādecim chordas peruenitum est, quarum extremā alteram πῶστων βαγῶν μίλον dixere, alteram uita uita πῶστων. Ita fit, ut μέλιτος utroque relata, reddat harmoniā διὰ πωσῶν: uisum extremarum utralibet ad μέλιτος relata, eandem constituat harmoniā. Porro summa relata ad imam, symphoniam reddat, quam uocant Δις Δις πωσῶν: propterea quod haec, quae dixi, ratione, his complexatur eam harmoniam, cui nomen, Δις πωσῶν. Quoniam autem haec fini constituit harmonica ratio, nec ulterius procedere licuit, tradendum est in popularem sermone, ut quae longissimo discernunt inter se dista essent, ea δις διὰ πωσῶν distare dicerent, perinde quasi dicas adeo se iuncta, ut magis se iungant non queat. Cui simillimum illud, ἐκ διὰ μέτρου, id est, ex diametro. Verū quoniam uelut imprudētis, nostrisque, pene dixerim, oblitū, paulo altius musicam ingressi sumus, quam operis instituti ratio postulabat, libet obiter et illud subnectere, quod equāde arbitror nec admodum in opulenti, nec inuicidum scitu fore. Etenim cum haec meis illam rem commemoratis, forte fortuna susperuenit Ambrosius, hoc Nolaui, philosophus huius tēpe stas eximius, et in peruehigandis discipularum mysterioris, incredibili quadam diligentia, soletudinis, praeditus: neque uero medioctiter exercitatus, euolūtis et excutiētis utriusque huius scriptoribus. Is igitur posteaquam scribitibus nobis interuenisset, recitatis his, quae iam scripserat, uerorū inquam, Ambrosij, ne uulgus hoc musicorū, hinc adagio nostro Δις



Qua uocōp, negotium facessat, obstrepatq; ac profum d'iq d'ia pōōōp a mea discrepet sententia: quippe qui non dubitarem harmoniarū limitem uel ad uiginti uocis gradum proferre. Quare tu problematū autor, et musices non modo scientissimus, uerū etia peritissimus, hoc mihi paucis, nisi molestum est, expedias uelim, quam ob causam antiquitas tentare metuerit ultra decem, iniquitatem chordam, uel tantillum progredi, ne etiā prouerbios ea iactata fuerit: aut qui scilicet sit, ut hi neoterici nō uereantur tanto spacio symphoniarum proferre pomeria, et exieritis; ueterū metis, et quē admodū dici cōsuevit ἡ νότος ἐκκαμύλλει πινὸν ὄνυτος, nō uereantur etiam ad uiginti chordam procedere. Ad que ille familiariter arripes: Ne tu, inquit, homo es plus satis diligens, ut quam hoc quoq; sollicitū habeat, quid cantorum *συμφοῶσα* de tuis sentiat adagijs. Quāquā ad propellēdas musicorum caliditates, unus ille sat erat clypeus, te uetus adagiū referre, et d'itēq; cōueniebat cum ueterū musicorū, a quibus ductū est, ratione quadrare. Verum tamē ut tibi magis quā illis faciā satis, quā ego super hac re uel obseruari, uel sentia, paucis accipe. Principio que res cōmouerit recentiores musicos, ut antiquitatis limites preterierint, ipsi sane uiderint. At equidē duplicem uideo causam, quam ob rem antiquitas in d'iq d'ia uocōp cōsistendum dixerit. Primum quia ipsa natura ut deatur hęc symphoniarum ueluti metam presstitisse: quippe que modum hinc humane tribuerit uocis, ut ad decimū quantum modo gradum inuēdatur: ultra a quem si quis conetur progredi, non iam illa uox genūda, sed coacta, scilicet q; eadē nitus magis quam uox uideatur. Rursum si altius nitaris cum deprimeret, protinus a ratione uocis in fœratum quēpiam degeneret. Proinde cū ubiq; conueniat artem quoad licet naturæ respondere, non abs re mihi uidentur ueteres ipsdem can uellus circūscriptis se rationem artis, quibus natura artem humanam circūscripsit. Satis erat ad persuadendum hęc, opinor, causa, quāquam altera a magis iuris. Ea est huiusmodi: Scis esse apud Bœtium lib. de musica 4. Harmoniam musices, non ratione tantum, uerū et sensu percipi oportere. Quapropter Ptolemæus apud hunc, quo dixi libro, Pythagoricorum quorundam sententiam rejicit, qui in diiudicandis harmonijs plurimū tribuerunt rationi, minimū sensui, cum dicerent sensum femina modo quēdam cognitionis mimi strare, et ratione perfectam consistere scientiam. Rursum Aristoteli resillit opinio, qui plus satis tribuerit sensibus, perussillum autem rationi, cum musicam harmoniam ita tēperatam esse oportere, ut neq; sensui ratio refragetur, neq; sensui ratio reclamet. Neq; dissentit a Ptolemæo Aristoteles secundo Physicorū libro, neq; magis musicam mere mathematicam esse, sed partim ratione, partim sensibus consistere. Quod fieri nequaquam potest, si semel ultra decimā quintā intentionem, hoc est, d'iq d'ia uocōp processum fuerit. Nihil autem uetat ratio, quo minus uel ad mille simum usq; tonum progrediatur, recurrentibus subinde iudicet ipsā harmonijs, quas cōplectatur d'ia uocōp. Neq; secus hic procedere liceat, quā fit in numeris arithmetics, ubi nō aliter agnoscentur ἡμιλλογ, in duodecim millibus et octo millibus, quā in quatuor et sex. Ceterū harmonia sensus ultra decimā quintā uocē uelut euasit citianq; nō magis opere referre, que sit harmonie ratio, quā nō approbat sensus, et ideo nō approbat sensus, quia nō euidenter percipit. Porro quo minus percipiat, interuallū æquo lōgius in causa est. Rationis uis in immensum se porrigit: et ē diuerso sensus corporis admodū angustus limitibus cohibetur. Quod cū accidit i oculorū sensui,

ut si lōgius æquo femota sint, ea in que fertur uideāi uis, obrit datur ac deficit usus, eorq; magis deficit, quo maiore distet interuallū: id multo magis accidit aurium sensui, quippe minus agili quā oculorū. Iam uero quod usi uenit sensibus in percipiēdis ijs, que obijciuntur, idem iudicent animo per sensum diiudicant. Si colorē colorū propius aduocent, et quādam modum Græci dicūt, τοσφώπερ ἡ νότος ἐκκαμύλλει πινὸν ὄνυτος, neque protinus dignoscit ex collatione sensus, quātum alter ab altero discrepet, aut alteri cū altero conueniat: itē si uocē uocū uicinant auribus exhibeat, incantauerit diiudicant, que sit alterius cum altera, uel cōcordia, uel discordia: sin plus iusto distet interuallū, mox incipit anceps esse iudiciū. Porro quēdam modum citius hebetatur aurū sensus, quom oculorū, itēdem citius obrit datur illarū, quā horū iudiciū: propterea quod altera res ex altera pēnate. Id iam esse, non est, cur plaribus argumentis cōfirmem, cū protinus ipsum experientium fidē iuocari; facere possit. Palsa chordam quāpiā in organo, si multq; tāge, que sit ab hac octaua, statim rationi suffragans sensus, plene percipit harmonia, et absolutissimam esse, suo quoq; comprobabit calculo. Rursum pulsata quāpiā, simul moue aliam, que sit ab illa decimā quinta, statim et percipiet et approbabit sensus symphonia, agnoscent eam, quā paulo ante senserat in d'ia uocōp. At uero si ratio, inuenerit ab hac decimā nonam, nihil quēd obstrepat ratio, quo minus eadem sit harmonia, que fuerat in d'ia uocōp, cum d'ia uocōp uerū auris, acceptis nocibus, nō perinde percipit hęc monie rationē. Quod nisi sensus certos quosdā terminos haberet, intra quos certū illius et exploratū iudiciū sepiretur, nihil te ueruerit, si libeat, uel usq; ad χυλιδιους d'ia uocōp symphoniam procedere. Neq; enim ratio quāquam offenditur numero, modo eadem agnoscat analogiā. Verū corporis sensibus natura suos quorundam limites prescriptit, ultra quos progressū, sensum iam incipit quasi caligare, hallucinari q;. Neq; iam certo sicuti solēt, sed cū per nebulam, ut aiunt, ac per somnū iudicare. Non conueniebat autē ut cuius incertum esset iudiciū, id ad artis precepta traheretur. At quoniam ultra decimū quantum uocis gradū, ueteres intellexerūt euasere iudiciū aurū, ibi metā harmoniarū figendā esse iudicauerunt, ne merito quis illud tuum adagiū obijcere possit: ἀγαθὸς ἡ ἀρετὴ οὐδὲν ὑπερβαίνει, id est, Occulte musices nulla est utilitas. Iam igitur neoterici, qui cōtra ueterū autoritatem ultra summā chordā τρεῖς ὄκτωσιν ὄπε ἀδεύει, ad imam itē adiecta una, nō perinde flagitiū fecissent, si in decimanona chorda terminassent harmoniarū progressionem: propterea qd' hac ima ad summā relata, si nō auribus, certe rationi perfectā symphonia representat. Atqui i uiginti, neq; sensus est harmonie, neq; harmonia perfecta. Quare nihil est Erasme, qd' adagiū tuo ullam metus calidiam. Hęc cū mihi tum argue, tum admodū probabilitur ab Ambrosio meo dictū uidentur, nec ea quēdē admodum aliena a prouerbij ratione, libitū his meis lucubratiōnibus adiungere futurum auctarū, haud quāquam, ut arbitror, ingraturum lectori non omnino fastidiosus.

Vbi timor, ibi et pudor.

LXIII

Ἦν δ' ἐξ ἡμετέρας νότου ἐκκαμύλλει πινὸν ὄνυτος, id est, Vbi timor, ibi et pudor. Prouerbialis sententia, que hodieq; uulgo manet, cui similitudo illa Terentianā: Omnes deteriores sumus licetia. Et maxima pars hominum formidare sustis a malefāctis temperat. Flato libro de legibus quō: Ἡ δὲ ἀδελφεία ἀναγκαστικῶς ἐστὶν ἡμετέρας, id est, Audacia nec potest impudenciam. ad eam ante uocant, cum abest metus. Idem in Euthyphronē citat ex poetā quoque Platō. Est enim beneplacitum carminis heroiū:

Ἦναι γὰρ δ' ἐθ' ἔβη καὶ ἀνδρός. id est, Vbi enim tumor, & pudor illic.

Foras Cares, non amplius anthiferia. LXV
ἐὺραὶε κάρης, οὐκ ἔτ' ἀνδρική, id est, Cares foras, per acta enim anthiferia.

Dici consuevit, ubi quis semper eadem sibi sperat cōmoda, aut idem semper licitum fore credit, quod aliquando pro tēporis ratione fuerit permissum. Veluti si quis semel expertus cuiuspiam liberalitatem, subinde redecit, alicui muneris petens: aut cum pueri permissam sibi ad tēpus feriandi, ludendiq; facultatem ultra tempus prorogant. Originē proverbij tradunt ad hanc modum, Atheniensibus quidam anthiferion appellabatur, quod is plurimos flores pro gigneret. In hoc festo quaeptiam agebantur, & conuicia liberorum, quae admodum in Saturnalibus ferri consuevit apud Romanos, in quibus & seruis accumbere licebat, seriatim interū ab opere. Exactis autem serijs, cum iam ad solitas operas reuocarentur, hoc pacto dicebant heri: Foras Cares, non iam amplius anthiferia. Cares autem seruos appellabant, quod ea gens mercenarijs operis questum faceret, velut omnium serui quicunq; conduxissent. Sunt qui dicat Cares olim Atticae regionis partem obtinuisse. Atheniensis autem cum anthiferionem solemnitatem agerent, solere Cares in ciuitatem atq; in domos receptos ad festi communionem: admittere, deinde peracto solemnitate tempore, si quos & Caribus offendissent in urbe cessantes, per iocum dicebant:

Ἐξίτε Cares, ἀεὶα enim anthiferia. id est, Exite Cares, aetia enim anthiferia.

Sonat autem ea uox Graeca perinde, quasi dicas Floralia Latine, quorum licentia multorum literis notissima est. Non diuersum est quod ait Seneca in ludicro in Claudium scripto: Non semper erunt Saturnalia. Nam saturnalibus seruis quousque libertas erat.

Fures clamorem. LXVI
Οἱ φῶρες τῶν βολῶν, id est, Fures clamorem, subaudiendum timent aut ferunt. Quodabit in eos, qui sibi consij, metuum ne deprehendantur, aut qui peracto maleficio, fugiant, pauantq;. Habet autem hoc cum omnis maleficti conscientia, tum praecipue sorti, ut hominem trepidum reddat, ac lucifugam. Vnde est & in Hebraeorum sententijs, impium uel persequente nullo fugere. Huc allusit Vergilius: Et cum clamorem, quo nunc se proripit ille, Tityre quae pecus, in postu carella latebas.

Funiculum funiculum miniatum. LXVII
τὸ χοιρίον φεύγῃσι τὸ μεμλιτωμένον. id est, Vitant sinopi coluitam resimurba.

Apte dicitur, ubi quis prosperat officio suo fungi, non ex animo, sed ne in multam incidat. Carmē sumpti ex Aristophane, cuius interpres, & item Suidas huiusmodi fermē commemorant. Atheniensium magistratus uarijs modis conati sunt effugere, ut populum quam maxime frequentem ad concionem uentiret: obiectis enim repagulis quibusdam, uias reliquas occluderant, quae non duccrent ad forum: tum merces tollebant ex mercatu, ne quid hac gratia ibi cessaret: demq; sinem parabant rubro colore, quem μιλτον, id est, interprete Plinio, miniatum uocant, Latini nonnulli cinabarium appellant, oblitum. Hoc duo ministri publici popululum cingentes, agebant in concionem. Studebat quisq; funiculum effugere, propterea quod quisquis colore notatus appareret contago finis, is multam pendere cogebatur. Vnde qui non metuum, eos eleganter dicitur, φεύγῃσι τὸ χοιρίον μεμλιτωμένον,

id est, Fugere funiculum miniatum.

Fortunator Strobilis Carcini. LXVIII
Εὐδαίμονες ὁ καρκίνος στροβίλων, id est, Fortunator Carcini Strobilis. Ironia pro uerbialis in infelicem & in probum. Carcinus poeta quispian fuit, cuius filij dicti sunt Strobili ab Aristophane, quos & γλυκύτερχοιλες uocāt, id est, dulcitericos. Iocus autem sumptus est a nominum alia sione. Nam Graece Carcinus cancrum, Strobili coebles significat. Vtrunq; Carcinus distortum ac sedum. Adagium re cenfetur apud Suidam, extat apud Aristophanem in Pace.

Festo diei quid prodegeris. LXIX
Plautus in Aulularia sub persona senis Euclionis: Festo die si quid prodegeris profesto egere liceat, nisi peperceris. Schem pro uerbiale. Admonet autem, ne in sumptibus solennibus ita profusi simus, ut non suppetat quo seruamus quotidianos. Nam festi dies uel sacris offerendis, uel diuinis epulationibus, uel ludis in honorem deorum, uel serijs obseruandis celebrabantur: profesti uel rei priuate publicaeq; administrationem concedebantur. Accommodabatur non perperam & in eos, qui iuuenes rem prodigunt, esurientes senes: qui ue intempestiue profundunt, postea desiderantur.

Feles Tartessia. LXX
Γαλι τὰς τορκόνας, id est, Feles Tartessia. De magnis & ridiculis dicebatur. Tartessij sunt in Iberia, apud quos feles maxime nasci dicuntur. Fortasse non inepte dicitur & de rapacibus. Aristophanes in Vespis:

Ἔσσορ με γαλιῶν κρέα κλέψασσιν Τηρῶσιν ἔξουτ' ὀδελικόσ. id est, Nunc me uti selem rapax carne, Obseruant gelantem uerua.

Item Lucianus, cum ait, ἔξωστωκίτη περὶ ἄν' γαλιῶν, id est, rapaciores felibus, nimirum & ipse felium significat rapacitatem uulgo notam fuisse.

Ferre iugum LXXI
Plautus in Curculione: Iamne fert iugum? De puella percunctator quispian, nam iam per aetatem uirum reciperet. Id enim significari satis arguunt ea, quae sequuntur. Tam ad me pudica est, quasi feror mea fit. Horatius in Odis, de puella nondum uirō maturat: Nondum subacta ferre iugum ualeat Ceruice. Videlicet indicans, iugum ducta sit traslato, nimirum a iuueco, cui nondum suppetunt uires, ut in dicendo aratro pares operarices sustineat. Nā & coitus duorum ex aequo negocium est, itidem ut in iugo. Vnde dictum etiam coniugium.

Feli crocoton. LXXII
Γαλι κροκοτόν, id est, Feli Crocoton, subaudiendum, das, aut addis. Dici solitum, quoties honos additur indignis, & quos haud quaquam deceat. Aut cum dicitur quispian ijs, qui muncire non norunt uti, ueluti si quis a misis alienissimo, bellissimum donaret librum. Crocoton uestis genus est rotūda ac fimbriata, qua diuites utebantur matrone. Apud Nonium in dictione Richa, refertur inter uestes delicatas & crocotō, Sic enim arbitror legendam, mollicinam crocoton, cbit odo-tam Richan. Ac teste Plutarcho, quidam Heruleum pingebant κροκοτοφόρον, Omphale seruientem. Sumptum adagium ab apologo Straticidis, quem alio loco narrauimus. Porro uox haec γαλιῶν, si uel non significat, an multatam, an quem uulgo catum appellant, quoniam inter eruditos controuersum esse uideo, relinquo alijs iudicandum.

Mustela habes. LXXIII
Γαλιῶν ἔχεις, id est, Mustela habes. In cum quadrat, e 3 cū omnia

cu omnia sunt inauspicata, tanquam satis ac diis iratis, ut aiunt. Olim creditum est, hoc animal inauspicatum infusumque esse ijs, qui habent, domique alerent, ut non admodum dissideat ab illis, equum habet Sciamum, et aurum habet Toloanum. Vnde nunc etiam apud quasdam gentes, nominatim apud Britannos, infelix omen habetur, si cum paratur uenatio, aliquis mustela nominet, cuius etiam occursum uidei nunc habent inauspicatus. Adagium refertur a Diogeniano.

Faltuosus Maximus.

LXXVIII

